

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1925**

De Sancto Benigno Episcopo Ardmachano Commentarius Praevius

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](#)

*Proverbium ei ascrip-tum.* 3. Inter dicteria cymrica, quorum silva carmine est collecta, hoc de S. Cynon est :

A glywaist ti chwedl Cynon  
Yn ymochel rhag meddwon?  
« Cwrw da yw allwed calon. » (1)

*Latine* : Audistine dictum Cynon, cum ebrios fugeret? « Bona cerevisia clavis est cordis. » *Ceterum Cambrensis hominibus hoc est in proverbio* : Allwedd calon cwrwv da (2), « clavis cordis cerevisia bona ». B

*Ecclesiae Cambriae* 4. Nemine auctore, sed ideo tantum quod nulli alii sancto commode ascribi posse videbantur, existimatum est hunc S. Cynon patronum esse ecclesiae Tregyron (in comitatu qui Cambrensis est Trefaldwyn, Anglis Montgomery), et ecclesiae Capel Cynon, quae subiecta est parochiae Llandysilio Gogo (in comitatu Aberleifi, seu Cardigan). Ceterum, haud procul a vico Llanbister (in comitatu Maesyfed, seu Radnor) sita est antiqua domus nuncupata Croes Cynon (id est *Cruz Cynon*) ; sancti Cynon crucem vel ora-

torum ibi esse erectum, illi potui fuisse aquas de Nant Cynon (id est Vallis Cynon), illius nomine esse insignitam cellam ibidem in rupe excisam, annotat scriptor rerum Radnoensis (3) : quae tamen vocabula quid re vera significant, utrum ibi vixerit S. Cynon an tantum incolarum pietate cultus sit, non decrevit. Nobis quidem illa potius, quam haec sententia veri similis esse videtur ; at eundem illum esse Cynon eremita ac socium sancti Cadfan, quod minime dubium iudicavit Rev. Jonathan Williams, nobis non constat.

5. Tandem forsitan aliis non est a nostro sanc-tus cuius nomen latet in his locorum vocabu-lis : Saint-Conan, trève de Saint-Gilles-Pligeaux (Côtes-du-Nord) ; Loconan en Trebriwan (Côtes-du-Nord) ; Saint-Conan haud procul a Plésidy (Côtes-du-Nord) ; Saint-Gonnant en Caro (Morbihan) (4). Tandem et in Cornubia sacellum est in Cornu-gallia, in cuiusdam S. Conan, prope Pencarrow (5). Haec tamen cur huic potissimum sancto tribuenda es-sent, a nemine umquam satis perspicue evictum fuisse meminimus. E

David, J. W. Willis BUND, *The Celtic Church of Wales* (London, 1897), p. 396, voluit et sancto Cadfan fuisse cancellarium. — (1) *Iolo Manuscripts*, p. 654, n. 33. Quae lectio anteponens videtur illi, quam exhibet *The Myvyrian Archaeology*, p. 129, col. 1-2 : A glyweisti a gant Ky-non | Yn ymoglut rac medium ? | « Curw yw alluyd Calon. » Latine : Audistine quod cantat

Kynon, dum ebrios fugit? « Sicera clavis est cordis. » — (2) *The Myvyrian Archaeology*, p. 839, col. 2. — (3) Jonathan WILLIAMS, *History of Radnorshire*, in *Archaeologia Cambrensis*, Third Series, Suppl. to vol. IV, December 1858, p. 502. — (4) J. LOTH, *Les noms des saints bretons*, in *Revue Celtique*, t. XXIX (1908), p. 246. — (5) In., ibid.

## DE SANCTO BENIGNO EPISCOPO ARDMACHANO

ANNO 467

### COMMENTARIUS PRAEVIOUS

#### C § I. De fontibus historiae S. Benigni.

Vitae Benigni recentiores ambae. 1. S. Benigni, quem puerum sibi carissimum habuit prae ceteris discipulis S. Patricius et, postquam gubernacula Ardmachanae ecclesiae dimisera, in suum locum ipse sibi subrogavit, una tantum Vita servata est, gadeliccepta, eaque posterioris aetatis. Accedit narratio dubiae, seu potius nullius omnino fidei, qua in Anglia facta et conscripta est latine (BHL. 1151). At non pauca inventire est, cum alibi, tum maxime in-

ter res gestas apostoli Hibernorum passim dis-persa, quae nemo adhuc, quem quidem sciamus, collegit perpenditque (1). Nam neque Iohanni Colgano, neque ante aliquot annos Iohanni can-nico O'Hanlon contigit ad mensem novembrem sua scripta perdere. Crebro tamen Colganus in Triade illa Thaumaturga egit de hoc Benigno, idemque confecit indicem locorum omnium ubi, in Vitis S. Patricii quas vulgaverat ipse, mentio-nerat S. Benigni (2); idem etiam grandem partem Vitae (quam nunc primum gadelic edimus) lati-nam fecit typisque mandavit (3). Et qui martyro-logium Dungallense congesserunt, summarium

(1) Excipe quae breviter attigerunt, praeter eos quorum sententias modo relaturi sumus, viri eruditii James STUART, *Historical Memoirs of the City of Armagh* (Newry, 1819), p. 90; A. P. F[OR-BES] in Wm. SMITH and H. WACE, *Dictionary of Christian Biography*, t. I (London, 1877), p. 392; D. P. CONYNGHAM, *Lives of the Irish Saints and Martyrs* (New York, [1885]), p. 112-114; John HEALY, *The Life and Writings of St. Patrick* (Dublin, 1905), p. 576-78; N. J. D. WHITE, *St. Patrick. His Writings and Life* (London, 1920), *Novembris Tomus IV.*

p. 129. Omni utilitate caret W. H. GRATTAN-FLOOD in *The Catholic Encyclopedia*, t. II (New York, s. a. [1907]), p. 479, col. 2, qui in auto-ribus recensendis adeo incautus fuit ut afferret « O'HANLON, *Lives of Irish Saints* (9 November XI,) cum tamē pium scriptorem mense octobri nondum absoluto obissem constet. — (2) *Triadis Thaumaturgae... Acta...* studio R. P. F. Ioannis COLGANI (Lovanii, 1647), p. 265, col. 2 et p. 680, col. 2. — (3) Id., ibid., p. 203-205.

19. eiusdem

A eiusdem Vitae gadelice tradiderunt ad d. 9 nov. (1). At scriptores qui nostris temporibus de primordiis Hiberniae ecclesiae adeo fuisse eruditique disputatione, sic in unum Patricium oculos arreverunt, ut eius decessorem vix umquam et quasi per transennam memorarent. Ideo ex antiquis documentis scriptisque recentiorum eruenda nobis erunt acta S. Benigni. Si quid diligentiam nostram fugerit, id excusare licet quod ante trecentos annos adverbatal vir simplex et comis Galfridus Keating: « Scire oportere qui legerent, se ex praecipuis quibusdam antiquissimisque historiis comperisse, sexaginta quattuor Vitas Patricii fuisse conscriptas (2); quarum singulae a ceteris essent dissimiles, singulis nempe scriptoribus nova quaedam afferentibus quae apud reliquos desiderantur (3). »

Benignus  
Ardmacha-  
nus  
distin-  
guendus  
a cogno-  
minibus.

2. Sed priusquam de S. Benigno Ardmachano dicemus, advertendum est fuisse plures in utraque Scotia tempore eodem eiusdem nominis viros virtute illustres.

Lesmahago Benigni Presbyteri festum diem observari V Idus Augustas scribit Dempsterus (4), antestatus Gilberti Bruni Collectanea, quae iam pridem interiere (5), scripta Henrici Sinclairi, cet. Hic Benignus presbyter quis fuisse, doceri cupiebant decessores nostri (6).

Binean (alias latina forma Bineanus) filius Lugni (7) filius filiae Lugaith Maice Nétach scriba, sacerdos, anchorita, legitur in Libro Ardmachano, fol. 17 a 2, inter ea quae Tirechan Collectaneis sunt addita (BHL. 6499), ecclesiam condidisse Deo consecratam Patricioque immolatam; et sanctus Patricius signavit locum sibi suo baculo, et ipse primus corpus et sanguinem Christi obtulit post quam gradum accepit Bineanus ab eo; et benedixit eum et reliquit eum post se in suo loco.

Benignus frater Cethiaci de genere Ailello, alias projecto a Benigno Ardmachano. Uterque enim in comitatu divi Patricii ascendit ad culmina Selcae, utriusque nomen Patricii manu lapidi est inscriptum, quem se suis oculis conspexisse testatur Tirechanus in Libro Ardmachano, fol.

C

(1) Vid. infra, p. 149, annot. 7.—(2) Aliter Tripartita Vita apud COLGANUM, op. c., p. 167, cap. 99: « Scripti enim sunt de actis huius Thaumaturgi Occidentis Apostoli libri sexaginta sex, iisque omnes ab authoribus gravissimis et perverstis. » Huic consentit Vita Tertia, n. 87, apud J. B. BURY, *A Life of St. Patrick*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XXXII, C, p. 258. — (3) Seathrún CÉITÍNN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn. The History of Ireland*, lib. II, cap. III, ed. P. S. DINNEEN, t. III (London, 1908), p. 30 (= *Irish Texts Society*, vol. IX). — (4) Thomas DEMPSTERUS, *Menologium Scolorum* (Bononiae, 1622), in calendario ad diem. Quod opus recudit A. P. FORBES, *Kalendars of Scottish Saints* (Edinburgh, 1872), p. 175-229. Lesmahago parochia est in comitatu Lanark, in Scotia minore. — (5) On the authority of the long-lost Collectanea of Gilbert Brown, abbot of Sweetheart, » A. P. FORBES, op. c., p. 278, col. 2. Verum, unde hauserit idem vir eruditus, in *Dictionary of Christian Biography*, l. c., col. 1, n. 1, annum emortuale huius Benigni fuisse 436, nondum sumus assecuti; nisi forte id sibi legere visus est in Dempster. Neminem enim alium praetendit auctorem. — (6) *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 399, inter Praetermissos. — (7) Vid. infra, num. 65.—(8) Infra, num. 83-86. Tandem ne quid

12 b 2. De hoc Benigno non semel agemus, cum D pro viribus discernemus quid ille egerit, quid Benignus Ardmachanus.

Benignus quidam sanctus (alias Beona) in Glas-  
toniensi monasterio quiescere fertur. Num idem  
ille fuerit Ardmachanus, videndum erit (8).

3. S. Benigni cuius festum d. 9 novembris in-  
dictum est in Festilogio Mariani O'Gorman (9)  
et in martyrologio Dungallensi (10), Vitae fontes  
qui essent iam iam obiter indicavimus. De Glas-  
toniensi figmentis aliis erit aptior dicendi  
locus. Res nobis nunc justus explicanda est.

4. Vitam Gadelicam, seu potius Homiliam de  
S. Benigno, haec tenus ineditam descripsit Michael  
O'Clerly O. S. F. Hoc est unicum apographon  
quod cum altis scriptis indefessi librarii nunc  
asservatur in Regia bibliotheca Bruxellensi, cod.  
signato 4190-4200, fol. 210r-219r (olim fol. 203r-  
212r), chartaceo, lineis plenis exarato (11). Ipsa  
Vita S. Benigni quo tempore et ex quo codice sit  
descripta, significat hic colophon fol. 223r (olim  
216r), ipsius manu Michaelis O'Clerly: As leab-  
har meamruim fuarus on tsaccart Niolas ó  
Cathasaigh ar lasacht do scriobhus Betha Phin-  
dén 7 Beineoin 7 gach a bfuil ina ndiaigh¹ i  
nAth Cliath i. i ttigh na mbráthar² an céid  
fhecht 7 ro scriobhus in ath uair anno na nei-  
the céithna i ttigh na mbráthar ag Drohaois. 7.  
marta 1629. Aois Criost an tráth ro scriobh  
Giolla Glas ua Huiginn an seinleabar. m.ccc.  
lxxi. *Latine*: E codice membranearum quem mutua-  
tus sum a Nicolao ó Cathasaigh sacerdote de-  
scripsi Vitam Finniani et Benigni, et cetera quae  
Vitas proxime sequuntur ad hunc usque locum,  
Dublini primum in conventu fratrum; eadem in  
hunc codicem transcripti in conventu fratrum de  
Drohaois, die 7 martii 1629. Antiquum autem  
codicem (membranearum videlicet quo usus sum)  
descripsit Giolla Glas ua Huiginn anno 1471.

<sup>1</sup> diaidh corr. — <sup>2</sup> i.-bráthar sup. lin.

5. Adverte tanta diligentiae in describendo F

omittere videamus, in recenti Vita hispanica S. Patricii legimus Benignum quedam praefuisse monachis quos S. Patricius ex itinere invisit, postquam ruptis vinculis ex Hibernia auferat: « D'après Montalvan, le supérieur de cette communauté de moines était un certain Benigno qui portait le même nom que le successeur de Patrice à Armagh. » Joseph DUNN, *La Vie de Saint Patrice. Mystère breton en trois actes* (Paris, 1909), p. xviii. Titulus operi hispanico hic praescriptus est: *Vida y Purgatorio del glorioso S. Patricio...* por el Doctor Juan PEZ DE MONTALVAN. Hic vero Benignus quis fuerit, immo vero num usquam fuerit nisi in feraci Hispani cuiusdam ingenio, prorsus incertum est. — (9) Wh. STOKES, *Féliche húi Gormáin. The Martyrology of Gorman* (London, 1895), p. 214 (= *Henry Bradshaw Society*, vol. IX). — (10) [Michel O'CLERY], *The Martyrology of Donegal*, ed. J. O'DONOVAN, J. H. TODD and W. REEVES (Dublin, 1864), p. 300 (*Irish Archaeological and Celtic Society*). — (11) De hoc codice vid. V. TOURNEUR, ap. J. VAN DEN GHEYN, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique*, t. V (Bruxelles, 1905), p. 381-84; C. PLUMMER, *Bethada Næam n'Érenn. Lives of Irish Saints* (Oxford, 1922), t. I, p. xi-xii.

fuisse

Eius  
historia  
e Patricia-  
nis docu-  
mentis  
eruenda.

Vita  
Gadelicæ  
apogra-  
phon  
unicum;

A fuisse praeclarum antiquarium (1) ut ne in compendiis quidem scripturae ab exemplari deflecleret; nobis igitur apographon perinde utendum est ac si codex esset anno 1471 exaratus. Postea tamen non paucis in locis est emendatum alio atramento aliaque manu. Correctorem fuisse putamus hibernum hagiographum Iohannem Colganum, eiusdem Franciscani ordinis alumnum. Constat enim codicem fuisse in collegio Lovaniensi Sancti Antonii, ubi Colganus cum suis aliquamdiu laboravil; idem etiam codex esse videtur quo usus est vir eruditus ut latinam interpretationem conficeret, quam typis mandavit (2).

B Gadelicam Vitam nunc primum edimus, summa qua per typographicam artem licuit diligentia; scripturae compendia quea resolvimus italicis litteris expressimus semper, quod in edendis antiquis gadelicis scriptis est solitum; quaecumque a correctore adiecta sunt, ne apicibus quidem neglectis, in infima paginae ora sedulo notavimus. Singulis capitibus codicis respondet nova interpretatio latina (3). In quibus parandis plurimum nos iuvit perhumana benevolentia praeclaraque eruditio dd. vv. Caroli Plummer, hagiographicorum Hiberniae fastorum peritissimi, et Iohannis Fraser, in collegio Iesu Oxoniensi linguarum litterarumque cellicarum professoris: quos hic et honoris causa et grati animi ergo nominamus.

eius fontes:

7. Iam veniendum est ad fontes Vitae Gadeliacae breviter indicando. Primum ultimumque capitulum locis communibus fere constant; quibus tamen scriptor ignoratus nec tamen indiligens pauca de S. Benigno hic illic admiscuit, de festo die, de monasteris ecclesiisque ab eodem conditis, de prosapia S. Jarlaithi (4). Alterum capitulum exhibet originem familiae S. Benigni et paternae et maternae, non sine gravibus mendis (5); hoc ab aliquo genealogo scriptor videtur esse mutuatus. Cetera plurima duxerunt originem ex antiquis scriptis Patricianis, praesertim e Tripartita Vita (BHL. 6509). Usus esse videtur scriptor apographo a codice Egerton 93 non absimili (6). Tandem, capitula 10 et 11 deprompta sunt ex aliqua Vita Latina, S. Patricii an S. Benigni incertum. Propensius tamen crediderim S. Patricii Vitam expiatam esse; nam et S. Patricius primas partes agit et, si antiquam Vitam latinam S. Benigni habuisset scriptor p[re]e manibus, projecto interpres munere contentus abstinuisset a farragine illa quam legimus. Utcumque se res habet, mira plane est diligentiae huius latini fragmenti scrip-

tor in nominibus locorum suo ordine recensendis, D quae in celeris Patricianis documentis omnino desiderantur; adeo ut hic fausta fortuna videatur esse servata particula operis cuiusdam deperditi de rebus a S. Patricio gestis in partibus occidentalibus Connacae, vel saltem hic esse litteris mandata quae in iis regionibus vulgo tradebantur et credebantur. Carmina aliquot interspersa sunt, quod in hibernicis scriptis pedestri oratione conceptis fieri solet. Horum auctoritas quae fuerit, satis inane videtur inquirere: adeo parum sententiae inest futilibus istis versibus. Forsitan tamen aliquot saltem ex illis carminibus non ab eo composita sunt qui Vitam Gadelicam litteris mandavit, nam plerumque pro testimonio ab illo adducuntur.

8. Vitam latinam (BHL. 1151) ante medium saeculi XIV compositu[m] Iohannes Tinmuthensis e Glastoniensibus monumentis, de quibus infra dicturi sumus (7). Adiecta sunt miracula duo. Vitam servarunt codices quatuor.

Vitae  
latinae

codices

1 = Codex Musei Brittanici Cotton. Tiberius E. I, membraneus, binis columnis saec. XIV med. exaratus. Complectitur opus Tinmuthense, in quo legitur De sancto Benigno episcopo et confessore, fol. olim signato 131 (8); quod volumen, post exitiale incendium anni 1731, in quo non nihil corruptum et pessum datum est, in duos tomos est dispersitum et diligenter religatum; nunc legitur Vita S. Benigni fol. 98-98<sup>o</sup> alterius tomi. Testem hunc optimum secuti sumus, codicis 2 et libri a Winando de Worde editi varia lectione ad oram paginae reiecta.

2 = Codex Oxoniensis bibliothecae Bodleianae Tanner 15, membraneus, binis columnis anno 1499 exaratus (9), complectens Novam Legendarum Angliae, in qua legitur Vita S. Benigni, fol. 61. Contulit v.d. T. R. Gambier Parry, e bibliothecis Bodleianis.

3 = Codex Musei Brittanici Cotton. Otho D.IX, ante saec. XV med. exaratus; incendio adeo laesus et a celeris tam parum diversus, ut omnino noluerimus in tantum opus operam tantam impendere.

4 = Codex Eboracensis bibliothecae ecclesiae cathedralis XVI. G. 23 (10), binis columnis saec. XV ineunte exaratus (11). Quem ut in nostram gratiam cum celeris conferret frustra conatus est idem v.d. T. R. Gambier Parry.

9. Legitur eadem Vita S. Benigni (BHL. 1151) et editio[n]es in Nova Legenda Anglie typis impressa a Winando

F

de

tionem gadelicis nominibus addidimus, pro re nata hanc lineola interducta distinximus, hoc modo: Brendán-i, Brendán-o. — (4) Vid. annot. ad cap. 20. — (5) Vid. infra, num. 14-15. — (6) Vid. infra, num. 28-29. — (7) Vid. infra num. 83-86. — (8) Typothetae, ut videtur, errore habet T. D. HARDY, *Descriptive Catalogue of Materials relating to the History of Great Britain*, t. I, part I (London, 1862), p. 89 (= Rolla Series, No. 26): «f. 271»; legendum esse arbitramur: fol. vel pag. 261. — (9) A. HACKMAN, *Catalogi codicium manuscriptorum bibliothecae Bodleianae Pars quarta* (Oxonii, 1860), col. 18. — (10) Perperam, ut videtur, habet C. HORSTMAN, *Nova Legenda Anglie* (Oxford, 1901), t. I, p. xv, hunc codicem esse signatum XVI. C.1. — (11) Alb. PONCELET, *Le Légendier de Pierre Calo*, in *Anal. Boll.*, t. XXIX, p. 47-48.

(1) Summam illam curam Michaelis O'Clery nuper perspicuo arguento evicit C. PLUMMER, t. c., p. XIII-XIV. — (2) *Trias Thaumaturga* (Lovani, 1647), p. 203-205. Hi sunt loci quos e Vita Gadelic S. Benigni adductos esse a Colgano repperimus: cap. 2, 3, 7-18, *Trias Thaumaturga*, p. 203-205; pars cap. 20, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 307, col. 2; cap. 12 et 13, ibid., p. 308; initum cap. 10, ibid., p. 788, col. 1. — (3) In nominibus propriis, tum in hoc commentario, tum in latina interpretatione, non unam scribendi rationem adhibuimus: adeo varie sunt expressa in ipsis gadelicis lingue monumentis, maxime vero in scriptis quea tanto inter se temporum intervallo sunt disiuncta. Curabimus ut index nominum varietates, quantum poterit fieri, omnes complectatur. Quod in hac re peccavimus, is tantum nobis vitio dabat, qui huius modi negotiis manum numquam admoverit. Ubi latinam termina-

A de Worde Londinii anno 1516, fol. 36; in nova editione C. Horstman, t. I, p. 112-14, collato codice 1. Denique anglica interpretatio Vitae latinae nonnihil contracta prodiit eodem anno 1516 in opere qui incipit Here begynneth the Kalendre of the newe Legende of Englande, typis mandato ab R. Pynson, London, 1516 (1).

Vitae  
anglicae

10. Vitam latinam S. Benigni etiam in usus suos convertit Nicolaus Roscarrock Anglus; huius opus legitur in codice chartaceo ipsius manu scripto inter annos 1608-1617, qui non ita pridem repertus in loco dicto Brent Eleigh, nunc asservatur in bibliotheca Universitatis Cantabrigiensis, Addit. 3041 (2), pag. 89 (num fol. 89?). Haec nobis veniat nomine Vitae Anglicae. Inscripta est: Of Saint Benignus Bishop and Confessor and Triumpher over Deuill. 3 Nouemb. anno 460: anno 500. Incipit: Sanct Benignus<sup>1</sup> having <bene> manis yeres a Bishop in Ireland<sup>2</sup> and governing well there, was advised by his owne good Angell or some other to leave his countrie and to live in some Desert.

B

fontes  
multi,

11. In extremis paginae versibus ipse Nicolaus autores quos in scribendo secutus sit legentibus commendat his verbis: whose (Benignus)<sup>1</sup> Bodie being translated in the yere of our lord .1091. to Glastenbury, manye Miracles were then wrought, as ye maie reede in Capgraue, out of whom I haue collected this Sanctilogi Britania fol: 262. cap: 1 (3). William Malmesbury abut the year 1140 wrote his life. And lib: 2. pontif: maketh him amongst others to be buried at Glastenburie fol: 148 and Molanus in Vsuard Nouembris 3. The Tables of the Church of Glastenbury doe make mention that Saint Benignus, the scholar of Saint Patrick and third successor of his Bishoprick came vnto him being at Glastenbury, anno 460. and of his<sup>1</sup> procuring the water of fferamere by his prayer, and that<sup>2</sup> his Staff turned to a Tree, and of his

(1) HORSTMAN, t. c., p. xxi. — (2) HORSTMAN, p. ix-x, annot. 1. — (3) Inde conici potest Nicolaum Roscarrock usum esse codice qui nunc est Cotton. Tiberius E. I (vid. supra num. 8); in hoc enim legitur Vita latina S. Benigni folio qui tunc erat 131; paginae igitur si computas, fit folium 131<sup>v</sup> pagina 262. — (4) HORSTMAN, l. c. Cf. W. C. BORLASE, *The Age of the Saints* (Truro, 1893), p. 186, annot. 1. — (5) Cf. Vitae Gadelicæ cap. 2 et Seathrún CÉITÍNN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn. The History of Ireland*, ed. cit., t. IV, p. 17. — (6) Eoin MACNEILL, *Celtic Ireland* (Dublin, 1921), p. 43-63. — (7) Patriciana, in Anal. Boll., t. XLIII. — (8) *The Book of Leinster*, (facsimile) published by the Royal Irish Academy, with Introduction.. by R. ATKINSON (Dublin, 1880), p. 351, col. 2. — (9) *Leabhar Breac. The Speckled Book*, (facsimile) published from the original manuscript in the Library of the Royal Irish Academy [Preface by Samuel FERGUSON] (Dublin, 1872-1876), p. 19, col. 1: Beneoin i. salmeedlaid Patraic (i.-Patraic sup. lin.) mac Sesnen do shil Taidg meic Cein a Cianachta Glinda Geimin do. Latine: Benignus, psalmista Patricii, filius Sesneni, e semine Tadgi filii

Translation anno 1091. being famous for Miracles in the time of William Rufus.

<sup>1</sup> and that his cod. — <sup>2</sup> of cod. postea del.

12. In margine autem testes nominantur et Iocelinus et Iohannes Tinmuthensis in Vita S. Patricii; amandantur etiam qui plura voluerint ad Acta quae scripturus erat Nicolaus cum ad S. Patricium perveniret. Haec legentes compserimus, quod minime suspicabamur, in codice Cantabrigiensi non latere praeclarum documentum quod imprudenti fama venditabatur (4), sed anglicam epitomen Vitae latinae, indignam prouersus quae typis mandaretur. Hanc memorasse sufficiat.

De aliis fontibus historiae S. Benigni progre- diente hoc commentario singillatim dicetur.

auctoritas  
nulla.

## § II. De S. Benigni prosapia et aetate.

13. Prosapiam S. Benigni alii aliunde deduxerunt auctores; quibus tam candide creditur Galfridus Keating ut, inita ratione, Benignum octogesima septima ab Adamo generatione creatum pronun- tiaret (5). Non tanta nobis fides; at collectis quo- quot potuimus testimoniis, non infinitam multa in iis monumentis sincere tradita videri (6). Quod ad S. Benignum pertinet, non facile in dubium revocandum est paternam eius stirpem duxisse originem a Cian-o filio regis Aillill-i Ólom (aure mulcati); patris autem ipsius nomen scriptum fuisse Sesnanum in ipso exemplari Libri Ard- machani, nostra conjectura est (7). Sed genealogos citemus, et primo quidem antiquum illum aucto- rem, cuius lucubrationes in Libro Lagenensi (c. an. 1150) servatae sunt:

Benian, salmchetalaid Patric, mac Sesnain, do Chiarnacht Glinni Gaimin do sil Taide meic Céin dó (8). Latine: Benignus, psalmista Patricii, filius Sesniani, e tribu dicta Cianacha Glinne Gaimen, de semine Tadgi filii Ciani.

14. Hunc dum plerique testes satis apte con- sentiunt (9) una refragatur genealogia servata in

De paterno  
stemmate  
Benigni

Giani, e tribu dicta Cianacha Glinda Geimin. Ibid., p. 220, col. 2: Benen, mac Sesnen, salm- chetalaid Patraic, do Chianacha Glinda Gaimen, do sil Taidg meic Cein ó Chaissil dó. J. O'DONO- VAN, *Leabhar na g-Cearb* or *The Book of Rights* (Dublin, 1847), p. 50 (*Celtic Society*): ... tecusca Benén, meic Sesnean, salm-cheatlaigh Pádraig; 7 do Chiandacta Gleanda Gemhin, do shil Taidhe meic Céna Mumhain mair dó. Adsis ibidem quae advertit O'Donovan de postumis fortunis praeclarae stirpis quae dicitur Cianacha Gleanna Geimin. *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae by THE FOUR MASTERS*, ed. Paul WALSH in *Archivum Hibernicum* et postea separatum (Maynooth and Dublin, 1918), p. 122: Cap. XXXVI. Do Sllocht Cen meic Oilella Oluim... Benen, salmchetalaid Patraig, easpacc 7 priomhaidb iaramh, mac Sesnen. Latine: Benignus, psalmista Patricii, posthac episcopus et primas, filius Sesneni. [Michel O'CLERY], *The Martyrology of Donegal*, ed. cit., p. 300: Benen, mac Sesnean... do shliocht Cein mic Oilella Oluim dó. Sodhelbh, inghen Cathaoir mic Feidhlimidh Fir Uirlais, do Laighnibh, a mha- thair,

codice

*auctores inter se disputant.* codice Oxoniensi Laudiano 610, cuius non est parva in huius modi rebus auctoritas: multa enim mutuata esse videtur ab antiquissimo illo genuinoque Psalterio Casselensi (1). Hic traditur S. Benignus ortus esse ar slight Aengusa mic <Nadfraich>, « semine Oengus-i mac Nadfraich » (2). Quod non ita accipendum est ac si Benigni stirps originem duxisset ex illo Oengus qui ipso tempore S. Patricii in Momoniae partibus imperitabat. Immo vero aliunde certum est et S. Benignum et Oengusum regem cum tribu dicta Eoghanachta arlissima esse coniunctos. S. Benigni paternam prosapiam sic restitui posse creditur vir eorum rerum perillissimus I. F. Shearman: Oill Olum, Cian, Taidg, Cormac Galeng, Lui (alias Laoi), Seschnan, Benen (3). Itaque videtur Gadelicus noster (4), stemmate deceptus quod apud plerosque auctores invenitur, imprudens fecisse ut Benignum dicere filium filii Ciani, qui, si Hibernis historicis fidendum est, in Bregiensium finibus anno 226 auspicia regni cepit et anno 241 fata obiit, ducentis fere annis antequam natus est Benignus (5). Et de paterna quidem huius stirpe haec tenus.

*In stirpe materna* 15. Matris autem eius nomen fuisse Sodhelbh (alias Sodelb, Soidhealbh, latine « pulchra forma »), plures auctores tradiderunt. Eorum antiquissimus est genealogus ille in Libro Lageniensi quem superius attulimus (6); hunc videtur secutus esse Michael O'Clery in martyrologio Dungallensis, antequam Vitam Gadelicam ex obliuione eripuit (7). In ista quidem non semel memoratur S. Benigni mater, praesertim in capite 10, ubi pro testimonio adducitur tetraschion, quod videtur excerptum e carmine aliquo de matribus sanctorum Hiberniae. Harum enim extat catalogus (8), quo documentorum genus hibernicae musae versificandi semper gratissimum argumentum fuit. Adverte matrem S. Benigni inter sanctas recenseri in Libro Lageniensi et alibi; duplex etiam eius nomen traditur, alterum Dari (alias Daire), alterum Sodelb, quasi ei hoc cognomen fuisse. Huius nominis sancta culta est d. 26 octobris, nec defuere qui hanc matrem S. Benigni fuisse crederent (9). Verum in stemmate matris S. Benigni iterum crassam suam

ignoriantiam patefecit scriptor Vitae Gadelicæ (10), dum Cathaoir avum maternum S. Benigni tradidit fuisse ipsum illum Cathaoir Mór (magnum) regem qui, si domesticis Hibernorum Annalibus fides habenda est, caesus est anno a Christo nato 122 (11). Accedit quod aliud omnino traditur alias stemma a genealogis; nam Cathaoiri Mór stirpem sic plerique restituunt (12): Cathaoir Mór mac Fedlimidh Firurglaic mic Corbmaic Gealta Gaoth mic Niadha Cuirb mic Con Cuirb mic Modha Cuirb mic Concohair Abhadruid mic Finn Filedh mic Rosa Ruaid mic Ferghosa Fairrge mic Nuadat Necht mic Sedna Siothbaie mic Luigdech Loichfinn mic Breasail Brie (13). Cathaoir vero pater S. Soidhealbhæ fertur mac Luighdeach mic Sedna mic Amhalgadha mic Fiachrach mic Eathach Moighmedhóin (14), id est filius Lughaidh-i filii Séadna-i filii Amhalgaidh-i filii Fiachra-i filii Eochaiddh-i Moighmedhón. Et illo tetrasticho quod ipse afferat scriptor Vitae Gadelicæ suum errorem dedoceri debuerat; ibi enim distincte significatur cognomen Cathaoiri patris S. Soidhealbhæ non Mór (magni), sed Cenndrach seu Ceannrdrach (capite plano).

16. Edmundus Hogan (15), dum locum perplexum Libri Ardmachani expedire vult, conicit S. Benignum filium Seschnani eundem esse ac Benignum filium Lugni; hoc enim non patris, sed matris fuisse nomen. Nos alter sentimus (16); sed harum omnium rerum posteris esto iudicium, quos istas genealogias commode editas et plenissimis indicibus instruicas aliquando habituros esse speramus. Tandem, duos SS. Benignos, Ardmachum nempe et fratrem Cethiaci, ortos esse e semine Ciani conjectura est Colgani non improbabilis (17). Huic, uti expectaveris, consentiunt Genealogiae a Quattuor Magistris collectae (18).

17. Auctores omnes qui S. Patricii res gestas rettulerunt pariter narrant Benignum puerum iam Patricio adjuisse cum es anno 433, die 26 martii, primum paschalia festa in Hibernia celebrare. Non lamen ad eum multo pridem se applicare potuerat, nam Hiberniae appulit Patricius anno 432 (19). Ferunt, et quidem satis probabiliter, Be-

erravit  
Vita  
Gadelica.

Beni-  
gnatum,  
natum  
anno 426,

(1) Vid. J. MacNEILL, *Notes on the Laud Genealogies*, in *Zeitschrift für celtische Philologie*, t. VIII (1911), p. 411-18; et si allam codicis partem tractat J. MacNeill, allam nos adducimus. — (2) Fol. 38 c. Qua de re certiores nos fecit pro sua humanitate v. cl. C. Plummer. — (3) *Loca Patriciana* (Dublin, 1879), Table facing p. 394. Paulo altero Iohannes O'DONOVAN, *Leabhar na g-Cear̄t*, p. III, annot. a: « According to the Genealogies of the Saints collected by the O' Clearys, Benean, bishop and primate, was the son of Sesgnean, son of Laei, son of Tadhg, son of Cian, son of Oilioll Olum. » Sed haec perpetram, ut videtur; etenim locum attulimus ex illis Genealogiis a Quattuor Magistris collectis, supra p. 148, annot. 9, qui non eadem sonat. — (4) Cap. 2. — (5) Vid. quae annotavit W. REEVES in Michel O'CLERY, *The Martyrology of Donegal*, ed. cit., p. 300-301, annot. 1 et 2. — (6) *The Book of Leinster*, p. 347, col. 5. Idem fere Quattuor Magistri in suis genealogiis, *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. cit., p. 62. — (7) Vid. criticam editionem martyrologii Dungallensis ad hunc diem in sylloge de Sanctis qui in utraque Scotia coluntur, infra. Cf. Michel O'CLERY, *The Martyrology of Donegal*, ed. cit., p. 300. — (8) V. g. in cod. Musei Brittanici

Addit. 30.512, fol. 52 b; cuius apographon est in codice Collegii Trinitatis Dublinensis H. 1. 11, fol. 165. T. K. ABBOTT and E. J. GWYNN, *Catalogue of the Irish Manuscripts in the Library of Trinity College, Dublin* (Dublin, 1921), p. 34. Etiam in *The Book of Ballymote*, p. 212-14 et *The Book of Leinster*, p. 372-73. — (9) *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. cit., p. 62. — (10) Cap. 2 et 10. — (11) *Annals of the Four Masters*, ed. cit., t. I, p. 102. — (12) Qui stemmatis interpretationem voluerit aeadat caput alterum Vitæ Gadelicæ in versione nostra. Hic notandum est duo nomina ὄροιτέστρα (Con Cuirb et Modha Cuirb) praetermissæ esse a scriptore Vitæ Gadelicæ, qui ut hoc apographon suum esse ostenderet, non paucis mendis aspersit. — (13) *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. cit., pp. 25, 27. — (14) Op. c., p. 62. — (15) *Documenta de S. Patricio*, in *Anal. Boll.*, t. II, p. 218, annot. a. — (16) Vid. annot. ad caput 10 Vitæ Gadelicæ. — (17) *Trias Thaumaturga*, p. 177-78, annot. 109. — (18) L. c. — (19) B. MAC CARTHY, *Annals of Ulster*, t. IV (Dublin, 1901), p. cvi-cix; cui in omnibus assentit J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 283. Antiquissimum omnium testimonium haberi in *Historia Brittonum*, ed. MOMMSEN, M. G., Auct. —nignum

*obisse  
anno 467,  
tradunt  
Annates:*

- A *nignum tunc annos circiter septem natum fuisse* (1).  
 18. *S. Benigni emortualem annum 467 statuant Annales Ultonienses (2), quos sequuntur Annales Quattuor Magistrorum (3). Annales qui Tigrinachi dicuntur hoc loco mutili sunt (4). Annus 465, qui in Chronico Scotorum indicatur (5), non e fonte quadam vel traditione sumptus est. Nempe in codem Chronico primus annus regni Aililli Molt est 461, qui apud Ultonienses est 463, et verius quidem. Tota igitur annorum series biennio anteposita videtur. Neque antiquitatis vestigium quoddam referre censendi sunt Annales Cambriae qui Benigni obitum memorant ad annum 468 (6) : in his enim annorum numeros alibi alteri computatos fuisse ostendit J. B. Bury (7). Idem annus 468 legitur in Annalibus de Clonmacnoise (8) ; e quo demandus est annus qui passim in toto hoc loco additus videtur (9), ut fiat 467. Annales Buellanos non novimus nisi ex interpretatione Iohannis D'Alton (10) ; hic fultus infirma B auctoritate Caroli O'Conor (11), cui nec fidere nec refragari possumus, Benignum successorem S. Patricii quievisse refert anno 475 : sed hic, ut in Chronico Scotorum, initium regni Aililli Molt postpositum est, non duobus quidem sed octo annis.*
19. *Mirari se scribil p. cl. I. Lanigan* (12) quo pacto irreperitur fabula de S. Benigno Romae mortuo in Annales Inisfallenses, qui hue adducendi non esent si reapse demonstrasset v. d. I. O'Donovan (13)

eam non esse nisi farraginem anno 1760 Lutetiae D Parisiorum a duabus Hibernis, e poetarum codicibus et eruditorum libris utcumque concoctam (14). Sed huius argumenta labefactavit Wareus (15) qui hunc ipsum locum attuleral multo ante annum 1760. Non constat igitur horum Annalium scriptorem alicubi non legisse quae de S. Benigno refert. Collato enim cum editione Caroli O'Conor (16) codice Oxoniensi (17), haec sumus assecuti : An. ccxxix Kl. Quies Benigni Epis. in Roma moritur. Ita codex ; verum in claudicanti sententia non satis perspicitur, ipsene Benignus noster Romae mortuus dicatur, an alias quispiam cuius nomen post episcopi exciderit. Accedit quod in Annalium hibernicorum stilo clerici non moriuntur, sed quiescent; solos laicos mors abripit. Tandem de anno, qui est 469, idem advertendum est quod de Chronico Scotorum diximus, biennii errorem hic irrepississe. Sed in tanta annorum rerumque perplexitate, quam Inisfallenses cum ceteris collati exhibent, vix quicquam definire audemus.

20. *In Chronico hibernico Do Fhlaithesai* 7 E Amseraib h'Erenn iar creitum, quod circa an. 1160 in Libro Lageniensi insertum fuit, inter annos 463-483 (18), regnante Ailillo Molt, memoratur : Quies Benigni fi episcoli (19). . . . Quies larlaithei tertii episcoli (20).

21. *De fallaci ratione qua in Annalibus Ultoniensibus pro anno 467 annum 468 rescribendum esse sibi non semel persuaserunt eruditi, mox aliquid dicemus* (21). *Hoc errore decepti sunt viri summi*

ant., t. XIII (Berolini, 1898), p. 158, num. 16, perspicue ostendit A. ANSCOMBE, *The Exordium of the Annales Cambriae*, in *Eriu*, t. III (1907), p. 126, annot. 2. — (1) Vid. infra, p. 154, annot. 5. — (2) *Annals of Ulster*, t. I, ed. W. M. HENNESSY (Dublin, 1887), p. 22. Paulo post scriptum est « Sic in libro Cuanach inveni »; unde colligit T. Ó MÁILLE, *The Language of the Annals of Ulster* (Manchester, 1910), p. 8 (= *Publications of the University of Manchester*, Celtic Series, No. II), sententiam illam de S. Benigni obitu forsitan exceptam esse ex antiquo documento dicto Libro Cuanu-i; sed, ut ipse Ó Máille advertit, veri similius est haec referri, non ad S. Benigni obitum, sed ad ferias Temorienses de quibus proxime in Annalibus agitur. — (3) *Annals of the Four Masters*, ed. cit., t. I, p. 146. — (4) Cf. J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 280. De illis Annalibus vide tractatum E. MACNEILL in *Eriu*, l. c. — (5) Ed. W. M. HENNESSY (London, 1866), p. 26 (= *Rolls Series* No. 46). — (6) Annales primum editi minus diligenter ab J. WILLIAMS ab Ithel (London, 1860), p. 3 (= *Rolls Series*, No. 20), dein summa cura ab E. PHILLIMORE in *Y Cymrodr*, t. IX (1888), p. 141 sqq. Usi sumus excerptis quae affert ex hac editione J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 284. — (7) *Tirechán's Memoir of St. Patrick*, in *English Historical Review*, t. XVII (1902), p. 247, annot. 49. — (8) *The Annals of Clonmacnoise... translated into English A. D. 1627...* edited by Denis MURPHY (Dublin), p. 72 (= Extra Volume of the Royal Society of Antiquaries of Ireland for 1893-1895). — (9) Id patet conferenti Annales Ultonienses cum *Annalibus de Clonmacnoise* sub ann. 469 et 482. Quid autem sibi velit ille « Brandon Bushopp of Ardmagh », quem inserunt Annales de Clonmacnoise inter Benignum et Earlahy (Iarlaithe), minime assequimur. Nullum enim Brendanum tunc temporis ad gubernacula Ardmacchanae ecclesiae sedisse usquam repperimus. — (10) *The History of Ireland* from the Earliest Period to the year 1245 when the Annals of Boyle which are adopted and embodied as the running Text Authority terminate, t. II

(Dublin, 1845), p. 62. — (11) *Annales Buellani ex codice Cottoniano Titus A. XXV*, in C. O'CONOR, *Rerum Hibernicarum Scriptores Veteres*, t. II (Buckinghamiae, 1825). — (12) *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. I, ed. 2 (Dublin, 1829), p. 377. — (13) *Leabhar na g-Cearl*, p. v, annot. d. — (14) Hi sic a Lanigan citantur : « *Annals of Innisfallen* among Harris Manuscripts in the Library of the Royal Dublin Society. » *LANIGAN*, t. c., p. 363, annot. 134. — (15) *The Whole Works of Sir James Ware concerning Ireland*. Revised and improved [by W. HARRIS], t. I (Dublin, 17.?), p. 35. — (16) *Rerum Hibernicarum Scriptores Veteres*, t. II, *Annales Inisfallenses ex codice Bodleiano*, p. 3. — F (17) Rawlinson B. 503, fol. 9°-10. Qua in re, sicut in aliis multis, usi sumus humanitate et diligentia eruditum viri T. R. Gambier Parry, e praefectis inclutae bibliothecae. — (18) Reapse regnavit Ailill. Molt an. 463-482, J. B. BURY, *Tirechán's Memoir of St. Patrick*, in *English Historical Review*, t. XVII (1902), p. 240. — (19) Legunt sancti J. H. TODD, *St. Patrick* (Dublin, 1864), p. 184-88; partim item ab H. d'ARBOIS DE JUBAINVILLE, *Saint Patrice et Sen Patric*, in *Revue Celtique*, t. IX (1888), p. 116-17; deinde totus a Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 512-29; tandem partim ab I. B. BURY, *Supplementary Notes on Tirechán's Memoir of St. Patrick*, in *English Historical Review*, t. XVII (1902), p. 700-702. Hunc fere sumus secuti, quippe qui codicem iterum scrutatus esset, lithographica imagine non contentus. Inde S. Benignum mortem oppetiisse regnante Ailillo Molt, acceptit Seathrún CÉTINN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn. The History of Ireland*, t. III, ed. cit., p. 44. — (21) Infra, p. 151, annot. 15.

Iohannes:

A Iohannes O'Donovan, J. Lanigan, A. P. Forbes,  
Wh. Stokes, J. H. Bernard et R. Atkinson (1).

Eius com-  
memoratio  
die 9  
novembri.  
In Patri-  
ci sedem

22. S. Benigni diem emortualem summo consensu  
V idus novembres indicant hibernica monumenta.  
Ustro igitur et sine causa Colganus, qui ut ex  
aliis locis patet, Vitam S. Benigni eo die edere et  
illustrare proposuerat, semel legentes remisisit ad  
Vitam Benigni « ad 2. martii » (2). Quod autem  
scripsit natalem S. Benigni secundum domestica  
passim festiologia coli 1 novembres, nescimus unde  
hauserit (3). Glastoniensis autem S. Benigni festum  
observatum esse videtur d. 3 novembres (4).

23. S. Benignus in sede Ardmachana ipsi S. Patricio successisse legitur in Vita S. Mochtei (BHL.  
5976), his verbis :

Summus<sup>1</sup> pontifex Patricius cepit<sup>2</sup> aliquando prope monasterium eius habitare. Coloquentibus vero die quadam ambobus, missus est ad eos angelus epistolam afferens. Quia Patricius perfecte Mocteo ait : « Hic ego non habitabo. Per te enim huius terrae incolas Deus<sup>3</sup> visitavit. In B tui fonte luminis videbunt lumen et vitam consequentur eternam. Apte namque ex eorum persona tibi loquitur David, quoniam apud te est fons vite et in lumine videbimus lumen. » Mocteus ait : « Si hoc Deo placet ut ab invicem separati serviamus ei, ego discedam. » Patricius respondit : « Verbum Domini non potest mutari. » Tunc Mocteus ait : « Si ante te de hac luce emigravero, familiam meam tibi committo. » At Patricius ait : « Et ego tibi meam commendando, si te ad Dominum precessero. » Et factum est ita. Rexitque post ipsum sedem Mocteus aliquot dies et Benignum illius discipulum pro se introdizavit (5).

<sup>1</sup> Sumus cod. — <sup>2</sup> add. in 'marg. prima manu.  
— <sup>3</sup> add. in marg. corr.

Haec quamquam iusto mitius iudicavit Colganus (6) et eo auctore Pinius noster (7), inter ha-  
giographorum figura prorsus releganda sunt.

C (1) J. O'DONOVAN, *Leabhar na g-Ceara*, p. v ; J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. I, pp. 358, 362, 374 ; A. P. FORBES in *Dictionary of Christian Biography*, t. I, p. 312, col. 1 ; WH. STOKES, *Féilire húi Cormáin*, p. 335 ; J. H. BERNARD et R. ATKINSON, *The Irish Liber Hymnorum*, t. II (London, 1898), p. 247 (= *Henry Bradshaw Society*, Vol. XIV). — (2) *Trias Thaumaturga*, p. 265, col. 2. — (3) Op. c., p. 20, col. 2. — (4) Idem ille dies Glastoniensis festi est quo memoria S. Benigni indicitur in collectaneis de sanctis Hiberniae quae Dublini apud Franciscanos asservantur. Haec collectanea eo consilio congregata sunt ut Colgani *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmantensi* (Edinburgh, Londini ceterum, 1888), col. 907. — (6) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 731, annot. 10. — (7) *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 737-38. — (8) Cf. infra, num. 62. — (9) *Trias Thaumaturga*, p. 124, col. 1. — (10) Cf. infra, num. 82. — (11) *Jus Primitiale Armacanum in Omnes Archiepiscopos, Episcopos, et Universum Clerum totius Regni Hiberniae*. Assertum per H. A. M. T. H. P. (is est Hugo Armacanus MACMAHON Totius Hiberniae Primas), s. l. [1728], p. 120. — (12) Infra, num.

S. Mochteus, qui in catalogis comitum S. Patricii D sacerdos eius appellatur (8), Ardmachanus episcopus numquam fuit. Non negamus tamen ei commissum fuisse a S. Patricio ut sibi mortuo successorem sufficiendum curaret.

24. Vita Tripartita Colganensis : Benignus... omnium iudicio dignus habitus... ut magistro suo S. Patricio in archiepiscopatu Ardmachano et primatu Hiberniae succederet, quod munus felicissime annis multis obiit (9). Hoc testimonio nonnulli sibi persuaserunt S. Benignum in Ardmachana sede multos annos egisse. Verum si quid e parallelis locis colligendum est, haec ipsius Colgani parum vera interpretatio fuit (10); quae nihil tamen secius inter antiquissima documenta computa fuit quibus Ardmachanae sedis primatialis auctoritas in Hiberniam universam niteretur (11).

25. Ceterum, non statim ab Ardmacha fundata, Benignus ut nonnulli voluerunt, sedem obtinuisse Benignum, perspicuum habemus indicium in narratiuncula de S. Ercnata virginis (12), ubi refertur S. Benignus

etiam tum adulescens fuisse et psalmista, quicquid hoc munus fuit, cum Patricius Ardmachanam ecclesiam administraret (13). Neque videtur superstite Patricio S. Benignus in sedem Ardmachanae evectus fuisse. Elenim in praescriptione canonum qui paulo ante annum 461 a synodo episcoporum Hiberniae sciti sunt, S. Benigni nomen nondum legitur (14); norunt autem recentiores S. Patricium obiisse anno 461, die 17 martii (15). Existimant quidem nonnulli eum Patricii coadiutorem fuisse in administranda ecclesia Ardmachana (16). Neque alia sententia iis patet qui S. Benignum multis annis ante S. Patricium obiisse credunt; postquam enim Patricii aetati annos addiderunt in quibus alios Ardmachanos episcopos vixisse constabat, quid supererat nisi ut hos episcopos Patricii coadiutores dicerent? Alii, qui Patricium anno 461 ad caelum migrasse noverant, eodem devenerunt ut decem illos annos, qui in catalogo successorum S. Patricii inscripti sunt, S. Benigno tribuerent (17). Alii tandem copiam

45-48. — (13) Cf. J. O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. III (Dublin, London, New York, s. a.), p. 747. — (14) J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. I, p. 332. Cf. J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 234. — (15) Plurimis maxime perspicuis argumentis id evicit I. B. BURY, quem adi. De die : op. c., p. 227, annot. 1, et p. 319 ; de anno : *Tírechán's Memoir of St. Patrick*, in *English Historical Review*, t. XVII (1902), p. 239-48 ; *The Life of St. Patrick*, pp. 331-34, 382-84. Huic assenserunt, ut alios omittamus, J. GWYNN, *Liber Ardmachanus* (Dublin, 1913), p. XLVII ; E. MACNEILL, *The Authorship and Structure of the Annals of Tigernach*, in *Ériu*, t. VII (1913), p. 82 ; Id., *Phases of Irish History* (Dublin, 1920), p. 222-24 ; N. J. D. WHITE, *St. Patrick. His Writings and Life*, p. 1. Adde H. J. LAWLER and R. I. BEST, *The Ancient List of the Coarbs of Patrick*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXV, C. p. 338 ; isti quidem ubique scribunt 462, quod falso arbitrati sunt, ut annum Domini invenires, unum annum esse addendum numero 461 quem tradunt *Annales Ultonenses*. Id autem ante annum 486 fieri non debuit. Qua de re B. MAC CARTHY, *Annals of Ulster*, t. IV, p. xcvi-xcix. — (16) *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. I, p. 318, annot. 146 ; pp. 323-31, 332, 357-61, 362, 374-77. — (17) N. J. D. WHITE, *St. Patrick. His Writings and Life*, p. 129.

Patricio

A Patricio facere voluerunt Glastoniam pergendi, ubi eum obiisse credunt, et ne Hibernica ecclesia tamdiu pastore careret, Benignum illi suffecerunt. Haec aliaque his similia commenti sunt auctores, quae singillatim persequi non vacat (1).

### § III. De rebus a S. Benigno in pueritia et adulescentia gestis.

*Benignum  
socium  
Patricio*

26. Veterum monumentorum testimonia de vocatione S. Benigni et de festis paschalibus quae Patricius episcopus in Hibernia primum celebraverit adeo confusa sunt, ut qui omnium diligentissime ea expendit v. d. I. B. Bury rem desperatam agere sibi visus sit (2). Nobis quidem non ita blandimur ut nos difficultatis exitum represeris credamus qui tantum magistrum jugeril, neque, dum testimonia illa utcumque explicandi et inter se componendi viam tentamus, iusto fidentiores nostrae conjecturae videantur, quod non iterum et iterum incertas eas esse dictitamus.

B Iam inde ab initio quando fidem Christi in Hibernia annuntiare ceperat D. Patricius cum illis sociis quos secum e partibus transmarinis adduxerat, sensit quanti interesset Hibernorum Hibernos clericos, presbyteros, episcopos habere. Quamobrem pueros qui his muneribus apti essent conquirere educare coepit (3). Horum primus videtur fuisse Benignus noster, qui condiscipulos suos et virtutis merito et rerum gestarum gloria superavit. De eius vocatione antiquissimum auctorem habemus Tirechanum, BHL. 6496 (circiter an. 670), haec narrantem: Venit... Patricius cum Gallis ad insolas Maccuchor et insola orientali quae dicitur Insula Patricii, et secum fuit multitudine episcoporum sanctorum et presisperitorum et diaconorum ac exorcistarum, hostiariorum lectorumque, neonon filiorum quos ordinavit. Ascendit autem de mari ad campum Breg sole orto cum benedictione Dei... Primo vero venit ad vallem Seschnani (4) et aedificavit ibi aecessum primam et portavit filium, Sesceneum nomine, episcopum secum, et reliquit ibi duos pueros perigrinos. Vespre vero venit ad hostium Ailbne ad quendam virum bonum et babtizavit illum. Et inventum est cum illo filium placitum sibi, et dedit illi nomen Benignum, quia collegebat pedes Patricii inter manus suas et pectus; et noluit dormire apud patrem et matrem, sed flevit nisi cum

C

D

Patricio dormiret. Mane autem facto, cum surgerent, completa benedictione super patrem Benigni, Patricius currum consendit, et pedes illius diverso alter in curru et alter super terram erat, et Benignus puer pedem Patricii tenuit duobus manibus strictus et clamavit: «Sinite me apud Patricium patrem proprium mihi.» Et dixit Patricius: «Babtizate eum et elevate eum in currum, quia heres regni mei est.» Ipse est Benignus episcopus, successor Patricii in aeclesia Machae (5).

E

27. Tirechanum pauculis mutatis sequitur Vita Tertia S. Patricii (BHL. 6506-6507), conscripta fortasse saeculo IX: Elevata igitur nave super mare, navigavit a finibus Uloth usque ad campum Breg, et ibi tenerunt portum. Ascendit que de nave et venit vespe ad quendam virum bonum et baptizavit eum cet. (6). Vitam Tertiam contraxit Johannes Tinmuthensis saec. XIV in Sanctilogio anglicano, BHL. 6515 (7). Iocelinus autem, BHL. 6513, saec. XII, suo more historiam auget inanibus verbis (8); neque maioris momenti sunt duae Vitae gadelicae recentiores, quarum alteram, saeculo XI, ut videtur, conscriptam (9), servavit codex qui hibernice nuncupatur Leabhar Breac (saec. XIV ex.), alteram Liber Lismoriensis (saec. XIV). Vix discrepat hoc loco Vita Patricii Lismoriensis a Tirechano, nisi ipso initio et fine. Haec igitur retulisse sufficiat: Focerd a luing iarsin sech Eirinn soir co hInis Patraic. Luid i tir. Aroet araili fer for aighidecht i suide 7 creitid do. Luidh Patraic cum a luingi d'acallam Laeghairi co Temhraig. Roimir assidhe co hInnber na mBarc, 7 dogni aoighidhecht a tigh fhir maith annsin, Sesnech a aimm. Pritchaid Patraic breithir nDe dho, 7 creidid do Dia 7 do Patraic. Baister he iarum. Bai mac bee aigi... Co nebert Patraic iardain: «Bidh comarba damsia in mac sin.» Et dobreth Patraic aim fair, Benignus i. Benen (10). Latine: Postea praeternavigavit Patricius oram Hiberniae ad orientem, in Insulam Patricii. Ad quam cum appulisset, hospitio exceptus est a quadam viro qui in eum credidit. Tum navem consendit iterum Patricius ut tenderet Temoriam ad Laegaireum. Inde prefectus est ad Inbher na mBarc, ubi hospitio domoque receptus est a viro quadam bono, Sesnech nomine. Is, cum a Patricio verbum Dei audisset, in Deum Patriciumque credidit et baptizatus est. Erat eidem viro filius

F

t. XLIII. — (5) Lib. Ardm., fol. 9 a 2 - 9 b 1. — (6) Vitam Tertiam (BHL. 6506-6507) e quatuor codicibus inter se collatis edidit v. d. I. B. BURY, *A Life of St. Patrick*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXII, C. p. 225-62. A quo haec mutuati sumus. — (7) BURY, op. c., p. 223-24. Videbis locum in *Nova Legenda Anglie*, ed. C. HORSTMAN, t. II, p. 281-82. — (8) COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 73-74. — (9) Tomas Ó MÁILLE, *Contributions to the History of the Verbs of Existence in Irish*, in *Eriu*, t. VI (1912), p. 1. — (10) Whitley STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore* (Oxford, 1890), p. 8 (= *Anecdota Oxoniensia*, Medieval and Modern Series, Part V). Advertit Stokesius hibernicam formam Binén ortam esse videri e latina Benigno pro Benigno, Félié hái Gormáin, p. 335, et *Zeitschrift für celtische Philologie*, t. I (1897), p. 69. Assentit J. LOTH, *Les noms des saints bretons*, in *Revue Celtique*, t. XXX (1909), pp. 318, 403.

parvus.

A parvus... Desinit autem: « Erit, ait Patricius, hic puer successor meus. » Indiditque ei nomen Benignum, id est Benén. Paulo alter Leabhar Breac: Celebris Patraic do Dichoin 7 triallaid do acallain Loegaire co Témraig iar fhairgí co Mag mBreg. 7 fuair failte moir isin inad sin aroli fir uasal. 7 ro chreit cona muntrí dó, 7 ro baitsed, conid acca foracaib a churach. Mae becc boi isin tig dorat seirec do Patraic, 7 gebis a chois ec dul dó isin carpal, 7 dilsigit a múntr do Patraic he, 7 nosbeir Patraic leis, conid hesin Binén gilla Patraic (1). Latine: Patricius cum Díchu-o valedixisset, navigando tetendit Temriam ad Laegaireum in campum Bregiensium, ubi hospitio liberali exceptus est a quadam viro nobili. Is cum suis creditit in Patricium; quamobrem navigum (ibid) reliquit Patricius et illius curae commisit. Erat domi puerulus qui Patricii amore pedem eius apprehendit dum is concendit currum. Is, cum a suis Patricio permissus esset, ab eo secum abductus est. Is est Binén gilla Patraic (Benignus servus Patricii).

B — 28. A Tirechano eiusque pedissequis late recedit Vita Gadelica S.Benigni quam edimus, capite 3. Hic enim fertur Benignus puer avunculo Tadhgo commissus fuisse; a quo et educatus fuit, donec annum septimum explevit. Deinde ab avunculo perductus est in Insulam quae dicitur Patricii, ut litteris se daret et a S.Patricio, qui tum illic conserderat, sacro chrismate ungretur. Ibi quondam dormienti sancto episcopo pulchellus lepidusque puer collectos a se flores attulit et in illius sinum sparsil. Quem cum astantes corriperent, quod pontificis somnum turbaret, subridens Patricius ait: « Sinite illum; nempe puerulus iste, qui tanto me studio prosequitur, erit successor meus. » Unum tantum autem novimus qui eadem omnino referat, Tripartiti operis scriptorem apud Stokesium. Locus in codice Rawlinson B. 512 desideratur; e codice Egerton 93 exceptus sonat: Is annsin tanic Benen ina munteras. Contul iarom Pátraic iter a muin<tir>, ocul an fogbed in gilla di scottaib (i. boladh-máraib<sup>1</sup>), dobered inulbroic in cleirich. Adubratar C múntr Patraic fr̄ Benen: « Nadéna<sup>2</sup> sen, » arséat, « ar na roduiscid Pátraic. » Dixit Pátricius: « Heres regni méi erit (2). »

<sup>1</sup> boladh máraib? cod. — <sup>2</sup> dadena cod.

Latine: Tunc venit Benignus in eius (Patricii) comitatum. Obdormivit Patricius in suorum comitatu, puerulus autem quidquid de floribus (nempe suavis odoris) invenire poterat, solebat ferre in sinum Patricii. Dixerunt Benigno qui cum Patricio erant: « Cave ne feceris, ne excitetur a somno Patricius. » Dixit Patricius: « Heres regni mei erit. »

29. Operae pretium est partem Vitae Gadelicae gadelicis hic proferre; adeo enim accurate respondet loco e Vita Tripartita quem attulimus: Is ann' san inis sin tainic Benen ar túi a muinterus Patraic. Ro cottail Patraic iarumh eter a muin-

tir 7 an foghebedh an gille do scottaib boladh-máraibh do bheiredh i mbrollach an' chlerich. Atrubratar munter Patraic fri Benén: « Na déine sin, » ar iett, « arna ro duisce in clerech. » Is ann sin atrubhart Patraic: « Na tairmis imme in ni dogni. In mac assa erbaid, » ar Patraic, « bidh combarha damhsa, » amhail ro comhallaadh iartair. Seacht mbliadhna immorre roptar slana do Bhenen an tan sin. Videtur itaque Gadelicus noster usus esse recensione Tripartitae haud nullum diversa a Stokesiana. Verba verbis respondent; quedam immutata in sermone, quo minus antiquitatem redoleret (v. g. ro cottail pro contuil; i mbrollach pro inulbroie). Pauca tantum addidit inter verba quae Patricio in ore sunt posita, et Benigni aetatem definit. Hoc demum: legit do scottaib boladh-máraibh, « de floribus suavis odoris », ubi habet Tripartita di scottaib cum glossa (i. boladh-máraib), « de floribus (nempe suavis odoris). »

30. Tripartitam quoque vulgaverat Colganus latine sermone « ex tribus pervlustis MS. Hibernicis inter se collatis (3) »; in hac autem videntur ambae narrationes de vocatione Benigni pueri in unum congestae atque conflatae: Declinavit ibi S. Patricius ad domum eiusdem viri nobilis, cui nomen Seschnenus, qui cum uxore et familia ad S. Patricii praedicationem fidem amplexus et baptizatus est. Habuit is filium tenellum quem sanctus salutari fonte abluit, nomenque ei ex moribus imponens Benignum vocavit. Fuit enim moribus et vita longe benignus et tanta prædictus benignitate, ut ab ipsa pueritia nihil dulcius et suavius ei esse potuerit quam caelestis sapientiae fluenta ex ore sui spiritualis patris audire et ex moribus imbibere; ita ut, relictis carnalibus parentibus, ei continuo adhaeserit et nulla arte ab eo avelli potuerit. Statim ac ab eo sacro fonte regeneratus fuit, dum vir sanctus somni quiete lassos reficeret artus, puer gratiosus et officiosus herbis odoriferis et manipulis florum nares eius et faciem profundebat, dormientis pedes ad pectus astringens osculis amplexibusque excipiebat. Et cum ob tam amorosa obsequia a sociis viri Dei obiurgatus amoveretur ne dormiens tem citaret, meruit vigilantem Patricium audire eius officia approbantem et ore praesago dicentem: « Sinite, hic heres regni mei erit, » hoc est, erit post me supremus Ecclesiae Hibernicae moderator. Et oraculum probavit eventus, nam puer ille postea ita doctrina et miraculis claruit, ut omnium iudicio dignus habitus sit qui magistro suo S. Patricio in Archiepiscopatu Ardmachano et Primatu Hiberniae succederet; quod munus felicissime annis multis obiit (4).

31. Haec Tripartita apud Colganum, mixturam exhibens nimis fictiam. Nempe docet Vita Gadelica Benignum infantem non a parentibus educatum esse, sed nutricia patri traditum, Tadhgo filio Ciani, Benigni patruo. De huius nomine, quod hic temere additum videtur, diximus num. 14. Quidquid id est, in more horum temporum non erat ut pueruli nobilium hibernorum in domo

a prima  
aetate,

(1) Leabhar Breac, p.26. Ed. STOKES, *Three Middle-Irish Homilies* (Calcutta, 1877), p. 20. Id., *The Tripartite Life*, t. II, p. 452-54.— (2) STOKES, *The Novembris Tomus IV.*

Tripartite Life, t. I, p. 36. — (3) *Trias Thaumaturga*, p. 169, col. 1. — (4) Op. c., p. 124, col. 1.

A paterna aelerentur. Ideo ad veri similitudinem proprius accedit Vita Gadelica quam Tirechanus eiusque sequaces, qui Benignum ferunt a Patricio domi inventum. Immo vero ipsum Tirechanum, si recte eum intellegas, a Gadelico nostro hic recedere non putamus. Utique Tirechanus discrete memorat patrem et matrem Benigni; sed enim alia verba ei praesto non erant, quae cum scoticis mutaret quibus nutricii parentes designantur (1). Certum est enim Tirechanum, et plerunque et hoc loco prae-  
sentim, hibernicos fontes adhibuisse (2). Quod autem scriperit: invenit cum illo (viro bono) filium placitum sibi, non necessario ostendit puerum e bono illo viro fuisse genitum; « filium » enim latine reponere solent Hiberni pro mac, quod promiscue filium et puerum seu adulescentem significat.

B Nostra quidem sententia, ea quae de vocatione Benigni pueri narrantur sic intellegenda sunt. S. Patricius aliquamdiu commoratus est in Insula Patricii. Nam praeter alias rationes quae Tripartitam legent ultro occurunt, parum probabile videtur hanc insulam Patricii nomen servaturam fuisse si sanctus per eam tantum pertransisset. E Tripartita docemur Patricium advenasque clericos cibariorum penuria pressos per varia litora loca frustra cursitasse. Interea rumores certe captaverunt ex incolis eius regionis, neque forte factum est ut ad Seschnanum primum tendenter in eo itinere quo ad Laegaireum regem perreverunt, iam iam imminentibus festis Resurrectionis Domini (3). Quippe certior erat factus Patricius quam bona indole esset Seschnanus (4). Quod autem duos pueros perigrinos reliquerit Patricius in ecclesia quam in valle Seschnani condiderat, unum autem tantum filium patrisfamilias secum ab eo deduxerit, Seschnenum nomine, qui episcopus erat futurus, haud scio an inde colligendum sit, convenisse Patricium cum Seschnano de Benigno pueru secum deducendo; hic enim tunc temporis apud patrum Tadhgum, ut fertur, educabatur. Sed non extemplo deducendus fuerat puer, qui id aetatis nondum erat quo ad studia esset applicandus (5). Quae si res ita se habuerint,

C Seschnenum conicere licet maiorem natu fuisse iamque adulescentem, quippe qui domi paternae maneret, ita ut non esset expectandum dum Patricio committeretur. Ideo, arbitramur, S. Patricius portavit filium Seschnenum nomine episcopum secum et reliquit ibi duos pueros perigrinos. Forsitan duos reliquerit et iuvenibus clericis quos secum e Gallia deduxerat, ut singulos haberet in domestica ecclesia Seschnanus pro singulis liberis quos Patricio commisisset; hoc si factum est, non ex Hibernorum more videtur esse factum, sed e quadam humanitate et benignitate D. Patricii. At labimur

longius, dum conjecturam conjecturam studemus D superimponere; ad summam enim argumenti nostri refert parum utrum se res ita haberit ut suspicamur, an aliter. Hoc quidem e Tirechano

aliter  
narrant.

certum est, Patricium vespare advenisse ad ostium Ailbne (nunc dicitur locus Gormanstown, in comitatu Meath) ad quendam virum bonum, quem Tadhgum Benigni patrum et campi Bregiensium regulum fuisse perperam tradunt. Cetera require e Tirechano. Igitur projectus est puer cum Patri-  
cio Temoriam (haec erat regia monachae Hibernorum), ubi quid acciderit mox videbimus. At nusquam legimus exinde mansisse Benignum puerum cum S. Patricio in perpetuum; immo vero expresse monet Tripartita Stokesiana, quam Gade-  
lica Vita sequitur, tum primum venisse Benignum in comitatum Patricii cum illud accidit, quod supra rettulimus, de gratiosa puerilique diligentia qua gremium et caput magistri quiescentis odoriferis flosculis conspersit. Addit Vita Gadelica tunc ad Patricium ductum esse Benignum a patruo eodemque nutricio patre. Inde licet colligere remissum fuisse puerum ad suos post illa Paschalalia festa, donec tempus advenierit quo ad studia esset applicandus; et tandem, ut promisso fieret satis, deductum fuisse a nutricio ad magistrum. Vix enim exspecie res omnes tam apte inter se quadrassae, ut Benignus puer aetatem qua ad studia erat mittendus eo ipso tempore complexisse, cum Patricius ad eius domum advenit. Attamen Tirechanus (adeo saepe solet huic narracione Benigni patrem et matrem immisces) haud scio an putandas sit ipse intellectus, Benignum domi paternae fuisse, minime vero apud nutricium. Et quidem potuit fieri. Quae si res ita se habuerit, erravit (quisquis ille fuerit, seu scriptor, seu glossator, seu librarius) qui in margine post voces ad vallem Seschnani adiecit patris Benigni. Verum etiam potuit Seschnanus dux itineris S. Patricio fuisse donec advenierunt ad domum fratris sui, ibique noctem remansisse. Sed hoc vix nodum resolverit. Ceterum, per nos licet, sentiat quod quisque velit.

33. Idem Tirechanus refert a Patricio puerum appellatum fuisse Benignum; unde colligitur iam aliud nomen illi fuisse idque gadelicum (6). Huius forsitan vestigium servatum est. Memorial enim Tirechanus Mathonam sororem Benigni successoris Patricii (7). Id nonnullis visum est errore esse factum; Mathona quippe Patricio occurrit per montem filiorum Ailelle iter facienti; unde veri simile est eam fuisse e genere Aillilli. Sed animadverte inter Patricii comites fuisse aliquando Benignum quendam alium ab Ardmachano, fratrem Cethiaci de genere Ailello (8). Huius

Quo no-  
mine  
primum  
vocatus.

bernica, Eoin MACNEILL, *Silva Foeluti*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXVI, C. n. 14 (1923), p. 249-55.—(4) Haec omnia et reliqua de vocatione Benigni quae proponimus vix obtinunt, nisi legendum est, ut conjectimus, «venit ad vallem Seschnani patris Benigni ». Vid. *Patriciana*, in *Anal. Boll.*, t. XLIII.—(5) Moris erat ut post annum septimum expletum magistro tra-  
derentur pueri, PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cxv.—(6) Benignum vocatum esse et Stephanum, errore tradit PROBUS, *Vita Quinta*, lib. II, cap. 1. Qua de re mox agemus, n. 50.—  
(7) Lib. Ardm., fol. 11 b 2. —(8) Memoratur ea-  
dem Mathona a Tirechano iterum, Lib. Ardm., fol. 13 b 1, et in notulis hibernicis, fol. 18 b 2.  
sororem

(1) Sexies in Tirechani Collectaneis repen-  
timus vocem «nutrire» ea significatione (vid.  
J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. 402, col. 2,  
i. v. «nutrio»); at nusquam inter Patriciana  
scripta Libri Ardmachani verba «nutrix», «nu-  
tricium». Semel verborum inopinie librarius Ardmachanus compulsus est ut scriberet «alumnum»  
pro «patre nutricio» (*Lib. Ardm.*, fol. 19 a 2;  
vid. J. GWYNN, op. c., p. 463, annot. 7). —  
(2) Cf. op. c., p. li. —(3) Cf. J. B. BURX, *The Life of St. Patrick*, pp. 81-82, 87-90. Etsi eruditio  
viro non est assentendum, dum scribit, pp. 122-  
123, 334-36, S. Patricium adulescentem servisse  
in occidentali Hibernia; qua de re nuperrime  
vicit antiqua sententia in Academia Regia Hi-

A sororem fuisse Mathonam censem I. B. Bury (1); nos totum illud negotium ideo nolumus dirimere quod uteque Benignus ex eodem sanguine ortus traditur (2). Hoc I. B. Bury videtur parvi fecisse. In alio loco Tirechani satis perplexo forsitan legendum est: et ad Mathoum et ad Patricium verba dura dixit (3); ubi pro Mathoo nonnulli legere maluerunt Mathonum, adducto exemplo, de quo iam dictum est, Mathonam sororis Benigni (4), et Mathoum suspicentes esse Benignum. Neque displicet conjectura. Reperiuntur enim in inscriptionibus nominis Matona et Matonius, in quibus latere videtur radix cellica mā-lo-, id est « bonus » (5); Benignum latine idem sonat atque cellica Matho<n>us. Fieri igitur potuit ut id hibernicum nomen Benigni esset.

Vocatio  
Benigni

34. Benignum a S. Patricio iam evocatum fuisse ante Pascha quod is primum in Hibernia celebravil, documenta omnia summo consenserunt. At de tempore quo haec acta sint mirum in modum dissentient auctores; quos qui componere velit B operam frustra consumat. Nostris igitur conclusiunculis parum fidentes, Tirechanum praecipue secuti sumus. Hactenus de vocatione S. Benigni, quam Tirechanus fuse persecutus est cum alia multa de gestis Patricii praetermittetur, quasi legitibus iam perspecta essent (6). Numquid igitur nota non erant quae ad Benignum pertinent? Scilicet non apud omnes pariter increbruerant atque in partibus Ardmachanis. Projecto huius sedis dignitatem augera voluit Tirechanus, cum Patricii vaticinium illud referens: Heres regni mei erit, ultra adiecit: Ipse est Benignus episcopus successor Patricii in aecessione Machae. Tanti intererat Patricio eum successisse quem primum fere ex Hibernis pueris sacro baptismate lavisset atque in suum comitatum recepisset. Non tamen idecirco non assentimur iis qui Ardmachanum sedem ab ipso S. Patricio et fundatam et primatum totius Hiberniae insignitam esse contendunt; sed sive haec narratiuncula vera est, sive ficta, ad primatum Ardmachanum vindicandum semel in iudicio producta fuit (7).

Socii  
S. Patricii

35. Huc etiam ex temporum ordine referenda est narratiuncula alia quam docti prudentesque viri fide vix dignam existimant (8). Ferunt enim Patricius pridie Resurrectionis Domini, 25 aprilis an. 433, pyram ascendens, quod cum lege lunc velutum esset, rex Hiberniae eiusque hariolii sive druidae indigne tulerunt. Pergit Muirchu: Et post-

quam separaverunt ad (ab cod. B) invicem, paullum gradiens vocavit rex sanctum Patricium simulato verbo volens interficere eum quo modo. Sciens autem Patricius cogitationes regis pessimi, benedictis in nomine Iesu Christi sociis suis octo viris cum puer (suo add. B), venit ad regem. Enumerat eos rex venientes, statimque nusquam comparuerunt ab oculis regis (dempti add. B); sed viderunt gentiles .viii. (octo B) tantum cervos cum hynulo euntes quasi ad dissertationem. Et rex Loigaire mestus, timidus et ignominiosus cum paucis evadentibus ad Temoriam <re>versus est deluculo (9).

36. Tirechanus de ea re tacet. Haec Tripartita Stokesiana: Nir bú cian iarsin ró choggair in ríleis Pátraic for leith; ocus ised ro imraid, a marbad; ocus ni forchoennacair. Forfholisg Día do Pátraic inni sin. Adrubairt Láogairi fri Pátraic: Tair an diaig si, a chleirig, do Temraig co rocheireitur duit ar béláibh fer n'Eirenn. » Ocus ro suidig som calleic etarnaig cech belaigh o Fherla Fer Féic co Temraig ar chiunn Pátraic dia mhabrad. Acht E ni rocomarleic Dia dó. Dodhechuid Patraic ocht- or macclíreich ocus Benén do gillu léu, ocus rosbendach Pátraic ré dúidecht. Dodechuid di- cheltair tairsiu conárárdraig fer dib. Atchoncatar immorro na gentili batar isna intleadaib ocht naige altaige do techt secu fón sláib, ocus iarndóe innadegaid ocus gaile for a gúalaind: Patraic a ochtar ocus Benen inandegaidh ocus a fholaire for a muin. Dochuid iarsin Lóegaire on dedoil dochum Temrach co mbróin ocus co mbe- buil cosna huaibit nórernatás leis (10). Latine: Non multo post vocavit rex ad se scorsim Patricium, quem interficere volebat. Neque tamen cogitata sua perficit, quae Deus Patricio mani- festavit. Dixit Laegaire Patricio: « Veni ad me, cleric, Temoriam, ut tibi credam coram Hi- bernis. » In omnibus autem viis a loco dicto Ferta Fer Feicc ad Temoriam usque insidiis struxerat adversus Patricium ut eum perimeret; quae tamen regis consilia Deus ad exitum per- duci non sivit. Profecturus enim Patricius cum septem clericis et Benigno puer, sociis benedixit Benignus: qui tenebris quibusdam et caligine obvoluti sunt ita ut nemo eorum iam compareret. Attamen gentiles in insidiis subsistentes conspexerunt octo cervos silvestres praeterentes sub colle, quos sequebatur hinnulus unus, sarcina quadam in umeris onustus; illi erant Patricius cum septem

in cervos  
mutati,

ab Ardmachanis  
ornatus  
narrata.

Tripartita autem Stokesiana, p. 98, nominat Mathona siur Binén, « Mathonam Benigni so- rem », non adiectis verbis « successoris Pa- tricii »; idem inter fragmenta Tripartitam quea edit E. HOGAN e cod. Egerton 97, *The Latin Lives of the Saints* (Dublin, 1894), p. 25 (= Royal Irish Academy, Todd Lecture Series, t. V). — (1) *The Life of St. Patrick*, p. 306; cf. COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 176, annot. 84.— (2) Vid. supra, num. 16. — (3) *Lib. Ardm.*, fol. 12 b 1. — (4) Cf. J. Gwynn, *Liber Ardmachanus*, p. 454, annot. ad lin. 6, et p. 491, col. 1, i. v. Mathous. (5) Alfred HOLDER, *Alt-celtischer Sprachschatz*, t. II (Leipzig, 1904), col. 462, i. v. mā-lo-, et col. 463, i. vv. Matona et Matonius. — (6) Vid. J. Gwynn, *Liber Ardmachanus*, p. L-LI. — (7) *Jus Primatiale Armacanum*, p. 120, n. 199. — (8) J. H. TODD, *St. Patrick* (Dublin, 1864), p. 417; J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, pp. 81-82, 87-90, 111; J. Gwynn, *Liber Ardmachanus*, p. XXIX.

Sunt tamen qui ea omnia vindicare velint; quos inter eminet Dr. IOHANNES HEALY, *Archiepiscopus Tuamensis. The Life and Writings of St. Patrick*, p. 153-54. Asserit quidem R. A. S. MAC ALISTER, *Temair Breg. A Study of the Remains and Traditions of Tara*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXIV, C, p. 367-69, multa in his narrationibus reperiri quae vera sint et fide digna. Utique genuina videntur quae pertinent ad paganorum ritus et cae- remonias; non tamen ideo credendum est S. Pa- tricius ea egisse quae feruntur. — (9) *Lib. Ardm.*, fol. 4 b 1-2. Pauca ex iis quae Bruxel- lensis codex 64, fol. 302, alter habet, uncinis in- clusimus et signavimus littera B. — (10) WH. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, pp. 46 et 52, e codice Egerton 93 (desideratur enim locus in altero codice qui Tripartitam exhibet, Rawlin- son B. 512); E. HOGAN, *The Latin Lives of the Saints*, pp. 6 et 8.

comitibus

A comitibus et Benignus puer sequens, qui Patrici pugillares collo umeroque gestabat. Postea tetendit Laegaireus diluculo Tentoriam, tristis et pudore confusus, paucis viris comitantibus qui secum effugerant. *Eadem fere latine Colganus, qui subdit*: Tunc vir sanctus composuit illum hymnum patrio idiomate conscriptum, qui vulgo *Feth-fiadha*, et ab aliis *Lorica Patricii* appellatur; et in summo abinde inter Hibernos habetur pretio, quia creditur, et multa experientia probatur, pie recitantes ab imminentibus animae et corporis praeservare periculis (1).

37. *Non valde diversa habet Liber Hymnorum, cuius antiquissimum apographon habemus saec. XI, in praefatione Loricae S. Patricii, his verbis*: Patraic dorone inn immum sa. I naim-sein Loegaire meic Néil dorigent. Fad a dénma immorro, dia diden cona manchaib ar náimdib in báis ro bátar i netarnid arna cleircheib... Patraic ro chan so intan do rata na hetarnaidi a chinn ó Loegaire, na digsed do silad chreitme co

B Temraig, conid annsin atchessa fiad lucht na netarnade comitis aige alta ocus iarróe ina ndiaid i. Benen ; ocus Fáeth Fiada a hainm (2). *Latine* : Hunus hymnum composuit Patricius, tempore Laegairei filii Nialli, ut se suosque monachos tueretur a capitalibus inimicis qui clericis insidiabantur... Eum (*hymnum*) cecinit Patricius cum insidae positae sunt a Laegaireo, ne Temoriam iret fidei seminum spargendorum causa; interea insidiatoribus visi sunt tamquam cervi silvestres octo, quos unus hinnulus insequebatur (hic Benignus erat). Eius (*hymni*) nomen est Fáeth Fiada.

38. *Num reapse hymnus ille seu Lorica a Patricio compositus sit, periti iudices addubitanum non putarunt, immo aperte affirmarunt* (3). *In-dicio est sententia una ex its quae Tirechani Col-*

*lectanea proxime sequuntur in Libro Ardmachano* : D Patricius sanctus episcopus honorem quaternam (*sic*)... debet habere, id est... .iii. Canticum eius scotticum semper canere (4). *At etiamsi hymnus a D. Patricio compositus sit, advertendum est non ideo eandem esse auctoritatem et antiquitatem praefationis illius in Libro Hymnorum* (5), quam suspicatur Stokesius e *Tripartita originem duxisse* (6). *De vi vocum Fáeth Fiada certant grammatici. Nos illorum potius sententiae favemus qui putant totam narratiunculam factam esse ad illustrandum hymni nomen Fáeth Fiada sive Fóid Fiada* (7), alias *Feth Fiadha*, *Feth Fiad*, *quod intellectum est « Cervi Clamor »*. *Videntur autem ea verba primo significasse carmen quoddam seu fascinum quo druidae poetaeque utebantur ut omnium aspectus effugerent* (8).

39. *Homilia saec. XI quam servavit codex dictus Leabhar Breac eadem fere exhibet quae Tripartita Stokesiana. Haec quae diversa* : ... hirricht ocht noige nalltaí ocus enloeg allaid in andiaid, ocus én find fora gualaind i. Binen sin ocus polire Patraic fora muin (9). *Latine* : In specie octo cervorum silvestrum, quos sequebatur unus hinnulus in umero portans volvrem albam. Erat autem hic Benignus qui Patricii pugillares collo umeroque gestabat. *Ceteri qui S. Patricii gesta narrant aut Muirchu tolidem fere verbis referunt* (10), aut parum dissentiant. *Vita Tertia de illo in aliam formam transitu silet*; at, inter positas circumquaque insidias, *Patricium recta Temoriam venisse perhibet* (11). *Idem fere Vita Quarta* : Sciens autem S. Patricius cogitationes regis, cum comitibus eum octo viris et uno puero ad quemdam locum transierunt (12), et *Iohannes Tinmouthensis* (13). *In codice Lismoriensi duo folia exciderunt hoc loco*; *ideo quid ea recensio habuerit, ignoratur* (14).

(1) Lib. II, cap. 60, *Trias Thaumaturga*, p. 126, col. 2. — (2) J. H. BERNARD and R. ATKINSON, *The Irish Liber Hymnorum*, t. I, p. 133 ; Wh. STOKES et J. STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. II (Cambridge, 1903), p. 354. *C* Illas Praefationes saec. X compositas esse opinantur BERNARD and ATKINSON, op. c., t. II, p. 95. — (3) George PETRIE, *On the History and Antiquities of Tara Hill*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XVIII (1837), pp. 55-56, 68-69 ; J. H. TODD, *St. Patrick*, pp. 425-26, 429-32 ; E. WINDISH, *Irische Texte*, t. I (Leipzig, 1880), p. 52-53 ; Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. ci ; R. ATKINSON, in J. H. BERNARD and R. ATKINSON, *The Irish Liber Hymnorum*, t. II, pp. LVIII, 209-210, 211, annot. in lin. 9 ; Wh. STOKES and J. STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. II, p. xl ; J. B. BURY, *St. Patrick*, p. 246 ; G. DOTTIN, *Les Livres de St. Patrick* (Paris, 1909), p. 54 ; L. GOUGAUD, *Étude sur les Loricae celtes*, in *Bulletin d'ancienne littérature et d'archéologie chrétiennes*, t. I (1911), p. 271-72 ; N. J. D. WHITE, *St. Patrick. His Writings and Life*, p. 62-63. Attamen formam qua Lorica servata est saeculo VIII non antiquorem esse censem K. MEYER, *Selections from Ancient Irish Poetry* (London, 1911), p. 112. Optimam Loricae interpretationem edidit N. J. D. WHITE, op. c., p. 64-67, operam conferente v. cl. E. J. Gwynn. — (4) Lib. Ardm., fol. 16 a 1. Cf. J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. CCLXXXVII, annot. ad p. 31 a, lin. 26, et p. 483, col. 1, i. v. canere. — (5) De actate qua Praefationes illae conscriptae esse putentur, vid. supra annot. 2. — (6) *The Tripartite Life*, t. I, p. ci. — (7) STOKES and STRACHAN, l. c. —

(8) Auctores et exempla adi quos afferunt BERNARD and ATKINSON, op. c., t. II, p. 209 et PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t.I, CLXXIX. Addo eodem sensu voces illas et hodie usurpari in Scotia minor, W. MACKENZIE, *Gaelic Incantations, Charms and Blessings of the Hebrides*, in *Transactions of the Gaelic Society of Inverness*, t. XVII (1891-1892), p. 97 sq.; Eleanor HULL, *The Ancient Hymn-Charms of Ireland*, in *Folklore*, t. XXI (1910), p. 442-43. Notatum dignum est (quod nemo adhuc advertit praeter W. M. Hennessy ap. M. F. CUSACK, *The Life of Saint Patrick* (London, Dublin etc., 1870), p. 387, annot. 5) et vocem *dicheltair* qua Tripartita Stokesiana uititur, reddi anglice « a place of concealment, an enclosure, a deer-park » ab Edw. O'REILLY, *An Irish-English Dictionary*, New Edition, p. 184, col. 2; cuius tamen auctoritati parum est fidei, praesertim cum nihil simile habeat vir eruditus Holger PEDERSEN, *Vergleichende Grammatik der keltischen Sprachen*, t. II (Göttingen, 1913), p. 483, qui *di-eel-vertit « verhellen, verbergen » et de dicheltair cervisque tacet*. — (9) Wh. STOKES, *Three Middle-Irish Homilies*, p. 24; Id., *The Tripartite Life*, t. II, p. 458. — (10) Vita Secunda, c. 37, in *Trias Thaumaturga*, p. 15, col. 2; Vita Quinta, lib. I, c. 40, op. c., p. 51, col. 1; IOCELINUS, c. 44, op. c., p. 74, col. 2. — (11) C. 40, op. c., p. 24, col. 2, et J. B. BURY, *A Life of St. Patrick*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XXXII, C (1903), p. 236. — (12) C. 43, *Trias Thaumaturga*, p. 40, col. 2. — (13) *Nova Legenda Anglie*, ed. HORSTMAN, t. II, p. 282. — (14) Wh. STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 10.

A 40. *Et in antiquis scriptis hibernicis memoratur magicus quidam cervus quocum commercium habebat monacha Temoriensis (1) ; et in Vita Gadelicæ, quam infra typis mandamus, cap. 10, narratur quo modo Benignus Echenum regem in hinnum mulaverit. Neque de numero sociorum quos secum Patricius tunc haberuit consentiunt scriptores. Alii septem, alii octo monachos seu clericos comites sancto fuisse tradunt, præter Benignum puerum. At cum omnes uno ore ferant octo cervos cum uno hinnum visos esse gentilibus, credimus errorem esse ortum ex hibernico idiomate Patria o auctior, quod significat «Patricius cum aliis septem», sed facili lapsu intellectum esse videtur «Patricius et ali octo» (2).*

*Ordalia  
S. Benigni*

41. *Pergit Tirechanus : Contra <i>verunt illi tres magi, fratres ex uno viro, nominibus et genere Cruth Loch Lethlann de genere Runtir, qui fecerunt confictionem magnam contra Patricium et Benignum. Cassula autem magi inflammata est circa Benignum et in cinerem finita erat. Sanctus quoque filius sanus effectus est firma fidei in conspectu regis inter magum et magorum. Cassula hautem Benigni filii Patricii infixa est circa magum et inflammatus est magus in eo et consumptus est. Et dixit Patricius : « In hac hora consumpta est gentilitas Hiberniae tota (3). »*

42. *Aliter Muirchu : His autem omnibus (gestis add. B) in conspectu regis inter magum Patriciumque, ait rex ad illos : « Libros vestros in aquam mittite, et illum cuius libri inlessi evaserunt (-rint B) adorabimur. » Respondit Patricius : « Faciam ego. » Et dixit magus : « Nolo ego ad iudicium aquae venire cum isto ; aquam enim deum habet. » Certe audivit baptisma per aquam a Patricio datum. Et respondens rex ait : « Praemitte (leg. permitte) per ignem (mittite in ignem B). » At ait Patricius : « Prumptus sum. » At magus nolens dixit : « Hic homo versa vice in alteros annos nunc aquam, nunc ignem deum veneratur. » Et ait sanctus : « Non sic. Sed tu ipse ibis et unus ex meis pueris ibi (sic ; ibit B) tecum in separatum et conclaussam domum, et sic simul incendemini (adde et in conspectu Altissimi iudicabimini, vel potius ut in c. A. iudi-*

cemini) (4). Et hoc consilium insedit, et aedificata est eis domus cuius dimidium ex materia viridi et alterum dimidium ex arida facta est. *alit aliter* Et missus est magus in illam domum in partem eius viridem, et unus ex pueris sancti Patricii, Bineus (Binems B) nomine, cum veste magica in partem domus <aridam> (in parte domus aridae B). Conclusa itaque extrinsecus domus coram omni turba incensa est. Et factum est in illa hora, orante Patricio, ut consumeret flamma ignis magum cum demedia domu viridi, permanente cassula sancti Patricii tantum intacta, quam ignis non tetigit. Felix hautem Benineus (Binems B) e contrario cum demedia domu arida, secundum quod de tribus pueris dictum est, non tetigit eum ignis, neque contristatus Dan. 3, 50. est, nec quicquam molesti (molestiae B) intulit ; cassula tantum magi, quae erga eum fuerat, non sine Dei nutu exusta (est add. B) (5). *Quae sequuntur ad S. Benignum non pertinent.*

43. *Ceteri Patricianarum rerum scriptores Muirchu referunt totidem fere verbis (6). In homilia tamen de S. Patricio in Leabhar Breac (7) et in Tripartita (8) haec adduntur de callido regis consilio : Is and sin tancatar co Patraic na trimacaim bátar hi ngialmai ic Lóigairi. Cif fri Patraic. Immacaire Pátraic : « Cid annsin ? » « Fir flatha, » ol siat, « do brisiud hi primeathraig na nGoedel i. a tech gnither etir in drui 7 do gillae <is amlaid gnither i. leth de úr, 7 leth crín ; i. in leth úr don drai, 7 in crín dot gilla sa>. » Dobeir Patraic a mér for gráidh neidhess cech meic dib 7 dobeir a anáil fóithib, co ndernai teora gema dib. Sloicsit in maic na gemaí. « Genfit, » ol Patraic, « teora gemai airechdai huadib ». i. Colombeille 7 Comgall 7 Finnia (9). Latine : Venerunt ad Patricium pueri tres qui obsides erant apud Laegaire. Lacrimas coram Patricio fundunt. Interrogat Patricius : « Quid hoc ? » « Principis, » aiunt, « fides in urbe Gadelorum prima laesa est. Domus enim quae paratur druidæ et puer tuo <ea ratione paratur, ut altera medietas sit e materia recenti, altera de materia siccâ ; illa quidem druidæ, haec puer tuo> ». Patricius digitum ponit in dextera gena singulorum puerorum, unamque lacrimam e gena uniuscuiusque in laeva manus palma de-*

C (1) Cf. A. B. COOK, *The European Sky-God*, in *Folk-Lore*, t. XVII (1906), p. 162 ; R. A. S. MACALISTER, *Temair Breg*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXIV, C (Dublin, 1919), p. 364-65. — (2) PEDERSEN, t. c., p. 75 : *a triur, « in ihrer Dreihheit, alle drei »*. Codex ineditus Vitae Secundae olim signatus Phillips 4705, nunc Bibl. Regiae Bruxellensis II. 1124, habet nomen, fol. 163v. — (3) *Lib. Ardm.*, fol. 10 a 1. — (4) Haec aut similia excidisse et in *Lib. Ardm.* et in cod. Bruxellensi, eleganter conciebat J. B. BURY e parallelis locis, quos mox recensimus, *The Tradition of Muirchu's Text*, in *Hermathena*, t. XXVIII (1902), p. 193, n. 11. — (5) Haec descripta sunt e *Lib. Ardm.*, fol. 5 a 2 - 5 b 1. Perpauca, quae aut excidisse e *Lib. Ardm.* perspicuum erat, aut quae Bruxellensis codex 64, fol. 302, alter habebat, uncinis inclusimus et signavimus littera B. — (6) Sunt autem sequentes : *Vita Secunda*, cap. 40, ap. COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 16, col. 1 ; *Vita Tertia*, cap. 42, ibid., p. 24, col. 2, et in critica editione apud J. B. BURY, *A Life of St. Patrick*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. c., p. 238 ; *Vita Quarta*, cap. 48, ap. COLGAN,

op. c., p. 41, col. 2 ; *PROBUS*, *Vita Quinta*, lib. I, cap. 45, ibid. p. 51, col. 2 ; *IOCELINUS*, *Vita Sexta*, cap. 48, ibid., p. 75, col. 1-2. Tandem notandum est *Vitam Patricii Gadelicam* in cod. Lismorensi hoc loco esse mutilam, ut tantum concire licet narrationem in pleno exemplo non defuisse, STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 10. E *Vita Tertia* excepta est narratio inula et in summarium redacta a Iohanne Tinmouthensi, *Nova Legenda Anglie*, ed. HORSTMAN, t. II, p. 283. — (7) P. 27, col. 2 ; edidit bis Wh. STOKES, primum in *Three Middle-Irish Homilies*, pp. 26, 28 ; dein in *The Tripartite Life*, t. II, pp. 460, 462. — (8) In recensione Colganensi, lib. I, cap. 55, *Trias Thaumaturga*, p. 127 ; Stokesiana re-censionis alter codex (Rawlinson B. 512) additamentum exhibit, in altero (Egerton 93) desideratur ; vid. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 58. — (9) Haec Tripartita Stokesiana, l. c. Verba aliquot, quae ex homoioteleuto exciderant, supplevimus ex Homilia in *Leabhar Breac*, l. c. ; hoc enim loco Tripartita ab Homilia non differt nisi quod stilus retractatus fuit.

-ponit

A ponit, et leniter inspirans lacrimas in totidem gemmas immutat. Pueri gemmas absorbuerunt. « Tres praeclarae gemmae, » ait Patricius, « e vobis nascentur, » qui fuere Columba Cille, Comgallus, Finnus-us.

narrant.

44. *Nomen druidae illi qui vivus combustus est fuisse Luelmael tradit Muirchu, ipso initio narrationis, paulo ante eum locum quem exscripsimus; aliter quidem Tirechanus, at cum haec druidarum nomina e lapidibus quibusdam orta esse videantur (1) et cerle non esse eorum qui saeculo quanto viverent, totum negotium silentio praeferimus. Genus autem Runtir, seu Moecu Runtir, e quo illos fuisse scribit Tirechanus, videatur concedisse in iis partibus quae nunc sunt in Co. Loulh, alias Dál Runtir et Dál Runtar (2). Tota haec narratiacula ordaliorum quandam similitudinem refert. Num reapse ortum duxerit e pagano ritu aliquo qui vere novo agi solitus sit, iis explorandum relinquimus qui vulgi traditiones dedita opera colligunt (3). Sed tamen huius narrationis imago non absimilis habetur in antiqua fabula cymrica, quae inter Mabinogion recentetur (4); accedit quod etiam apud cymricum scriptorem domus comburenda non in Cambria sed in Hibernia extorta esse fertur, et quidem iubente Hiberniae rege. Aliud tamen erat aedificantium consilium, nempe ut homines tres corpore valentissimos dolo morti traderent. Tandem, de illo idiomate « domo ignea », gadelic tech tenedh (5), memento « domos » nuncupari apud Hibernos aediculas parvas constantes uno cubiculo; tutugurum vel casulam melius dices. Celerum non est quod miremur, subitaria aedificia eo die extorta eiusmodi fuisse, ut nullum vestigium superesse quod nostras aetatis antiquarii efodenter (6).*

S. Ercnatam

45. In S. Benigni iuventute, ut Colganus adverterit (7), incidere debuit, nisi totum id fictitium est, facinus quoddam, quod autores antiqui satis ingenue referunt; at tamen non ante annum 444 quo conditam sedem Ardmachanum tradunt Annales Ultonienses (8), nam haec Ardmachae acta esse feruntur. Erat tum Benignus adolescens nondum octo et decem annorum; ea lamen quae narrantur fieri potuere posthac. Vita Quarta S. Pa-

(1) R. A. S. MACALISTER, *Temair Breg*, p. 332-33.  
 — (2) E. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum* (Dublin, 1910), p. 335, col. 2. — (3) Nonnulla habet J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 302-304. At nuper eadem egregie et luculentu disseruit v. d. R. A. S. MACALISTER, op. c., p. 367-72.  
 — (4) Mabinogi Branwen Verch Llyr, *The White Book Mabinogion*, ed. J. Gwenogvryn EVANS (Pwllheli, 1907), col. 45-47. Editio Mabinogion e Libro Rubro quam paraverit J. Rhys et J. Gwenogvryn EVANS nobis praesto non est; at legimus gallice, interprete J. LORH, *Les Mabinogion*, edit. altera (Paris, 1913), t. I, p. 129-32. Idem J. Loth advertit in *Revue Celtique*, t. XI (1890), p. 345-48, similimam narrationem et hibernice inveniri apud W. M. HENNESSY, *Mesca Ulad* (Dublin, 1889), p. 42-46 (= Royal Irish Academy, *Todd Lecture Series*, t. I, Part I). — (5) Haud scio an hoc referenda sint ea quae breviter perstringuntur de « apro ignis » (hibernice *torc tenedh*) in antiqua narratione *Togail Bruidne Dá Dergá*, ed. Whitley STOKES, in *Revue Celtique*, t. XXII (1901), p. 169, num. 69. Hic aper ignis videtur fuisse compages quaedam lignorum, quae summissi igne incenderetur. MACALISTER, op. c., p. 370-71. Facile intellegitur quantum intersit inter eius modi rogum e recenti materia compac-

trici (BHL. 6503), in qua nonnulla servantur D derivate e fontibus hibernicis saec. VII antiquioribus (9), haec habeat: In illo tempore filia Dairi, discipulum sancti viri, nomine Benignum, nimio amore dilexit; et inde aegrotavit ac defuncta est. Benignus autem aquam benedictam a sancto suscipiens, perrexit ad locum in quo puella erat mortua, quam aqua aspergens illico incolumis surrexit; et postea spiritualiter dilexit eum. Ipsa est Ercnata sancta (10), filia Dairi, quae est in Tamlachtu-bo (11). Inter priscas illas notulas (BHL. 6499) quae latina parlunt, partim gadelic in Librum Ardmachanum illatae sunt, legitur fol. 19 a 1, lin. 28: erc. ingena rig long. reliquiae. ymnus. Latine: Erc. Filiae regis Langobardorum. Reliquiae. Hymnus. E locis parallelis Tripartitum manifestum est nomen Erc ideo electum esse ut in memoriam revocaret narratiunculam quam fuse exposuimus; Ercnat enim est hypocoristicum nominis Erc (12). Unde patet rem pernotam esse iam a longinqua antiquitate. Subdubilitati lamen Iohannes Guynn num verbum reliquiae errore loco translatum esset (quippe quod ad eandem de Ercnata narratiunculam pertineat), ut legendum esset: Erc. Reliquiae. Filiae regis L. Hymnus. Sed veremur ne nimium fisis sit interpretationi Stokesii, qui pro hibernico cretra (in parallelo loco Tripartitae) anglice reposuit « reliquies » (13). Antiquiores, nostro quidem iudicio verius, cretra intellexerunt « aquam lustrialem » vel aliquid eius modi. Quod si ita est, « reliquiae » significant « the reliques brought by Patrick from Rome to Armagh », neque est opus ut quicquam loco translatum censeas (14).

46. Eadem refert et Vita Tripartita, BHL. 6509, conscripta circiter saec. IX e fontibus antiquioribus. Haec Stokesiana recensio, e codice Rawlinsoniano B. 512: Carais ingen Daire indni Benen. Robu bind lee a guth iccond erlegund <sup>1</sup>. Dorala galar fuirri combu marb de. Bert Benen cretra di o Patraic, et surrexit confessim viva, et postea spiritualiter dilexit eum. Ipsa est Ercnat <sup>2</sup> ingen Daire filia Tamlachtu <sup>3</sup> Bó (15).

<sup>1</sup> ocunderlegunn cod. Egerton 93. — <sup>2</sup> Ercnat F Egerton. — <sup>3</sup> i Tamlachtu Egerton.

in S. Benignum

tum et alium e sicci lignis. — (6) George PETRIE, *On the History and Antiquities of Tara Hill*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XVIII (1837), p. 25-232; MACALISTER, op. c., p. 231-399. — (7) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 42, col. 2, annot. 8. — (8) Et quidem, ut videatur recte. *Annals of Ulster*, ed. W. M. HENNESSY, t. I, p. 10. — (9) J. B. BURY, in *Hermathna*, t. XXVIII (1902), p. 186-207; Id., *The Life of St. Patrick*, p. 268-69. — (10) Haec est S. Ercnata virgo de qua COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, ad d. 8 Ianuarii, p. 41-42. — (11) Vita Quarta, cap. 97, apud COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 46, col. 2. Ecclesiam de Tamlacht Bó in Ultione esse sitam habet COLGANUS, op. c., p. 717, col. 2. Dubitat HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 620, col. 2, an idem sit locus qui an. 1302-1306 scriptus invenitur Taulagda, in dioecesi Ardmachana. — (12) Cf. Erc ingen Daire, « Erc filia Daire », in cod. Egerton 93, fol. 18 b 2 (ap. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 266), et in *The Book of Leinster* (facsimile, p. 353, col. d) ap. eundem. — (13) T. c., p. 233. Etsi Stokesius ipse a sententia nonnulli posteri recesserat, op. c., t. II, p. 645, col. 1, in indice, i. v. cretra. — (14) Vid. de universo hoc negotio J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. 462. — (15) Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I,

Vix:

A Vix opus est interpretatione latina; idem enim refert quod Vita Quarla, adiecta tantum illius amoris causa: Suavis illi (*Ercnatae*) videbatur eius (*Benigni*) vox legentis (*vel psallentis*). Haud scio an eadem fuerit causa cur *Benignus dictus sit Benen bind*, «*Benignus canorus*» in Libro Ballymota (1). Colganus in sua illa conflata *Tripartita* eadem fere scribit, sed fusiū; satis tamen ei fuit virginis ipsam pene vitam adēmissem (2). *Crudius at plenius gadelic Stokessiana recensio*: co mbu marb de, «*interit*».

47. *Iocelinus* (BHL. 6513) suo more eadem exornavit et verbis auxit. Adverte ab eo intellegi extra «*sacrae communionis salutare viaticum*». Ceterum narrat sanctimoniale, cuius nomen tacet, morbum simulare ut ultima morientium solacia sibi praebantur a S. Benigno. *Hunc sacerdotio iam tum initialiter fingit scriptor, nemine auctore;* neque veri simile est adolescentem, qui psalmista liquido dicatur, presbyterum fuisse. *Scilicet Iocellino non placuit virginem occidere et ab inferis*

*B revocare; sed signo crucis et mirifica quadam apparitione, quam accurate describit, daemones fugatos, igniculos concupiscentiae in semipernum restringos, virginem paenitentia tactam narravit* (3). *A Tripartita fluxit nostra Vita Gadelica* (cap. 4) *et quidem a recensione Stokesiana parum dissimili,* et si quid perspicimus, codici Egerton propinquiore quam Rawlinsoniano. *Ad summam rerum quod pertinet, adiecta est tantum prosapia regis Dairei.* Narratiuncula tandem in martyrologio Dungallensi ad diem 9 novembris relata est a Michael O'Clery, non e codicibus, ut videtur, sed memoria (4). *Gadelicam fecit Michael sententiam quae et in Tripartita latine legitur:* et postea spiritualiter dilexit eum. *Hoc autem addit quod nusquam alibi legisse meminimus: Ocus do choidh si iarabh co Patraic, ocus ro adaimh a huile peachta do. Latina:* Tunc perrexit illa ad Patricium, cui confessa est omnia peccata sua.

48. *Daireus autem iste, pater S. Ercnatae, qui hoc loco in Gadelica nobis occurrit, persona est ex-*

historia S. Patricii, ubi legitur ad vitam revocatus fuisse dum aspergitur aqua a S. Patricio benedicta (5). *Idem etiam Daire (seu Dáire) mac Findchada Patricio largitus est illam altitudinem terrae quae nominatur Dorsum Salicis... et illa est civitas quae nunc Ardd Machae* (6).

49. *Notus est et apud omnes perulgatus mos* *Celtarum sanctorum, preces fundendi dum aquis gelidis sunt immersi* (7). *Narrat Muirchu in Vita S. Patricii antiquissima quo modo ea opportunitate usus fuerit sanctus episcopus ut virtutem animum exploraret Benigni, carissimi sibi pueri.*

De eo quod sanctus Patricius vidit caelum apertum et Filium Dei et anguelos eius (8).

Dominici et apostolici Patricii cuius mentionem facimus quoddam miraculum mirifice gestum in carne adhuc stantem<sup>1</sup> quod ei et Stephano poene totum<sup>2</sup> contigisse legitur, brevi retexam relatu. Quodam ante<sup>3</sup> tempore, cum orationis causa ad locum solitum per nocturna spacia procederet<sup>4</sup>, consueta caeli vidit miracula; suumque carissimum ac fidelem probare volens sanctum puerum, dixit: «O fili mi, dic michi, queso, si sentis ea<sup>5</sup> quae ego sentio.» Tunc parvulus, nomine Benignus, incunctanter dixit: «Iam michi cognita ea quae sentis. Nam video caelum apertum et Filium Dei et angelos eius.» Tunc Patricius dixit: «Iam te meum successorem dignum esse sentio.» Nec mora, gradum consito<sup>6</sup>, ad suetum locum orationis pervenire<sup>7</sup>. His orationibus<sup>8</sup> in medio fluminis alveo, parvulus dixit: «Iam algorem aquaticum sustinere non possum.» Nam ei aqua nimis erat frigida. Tunc dixit ei Patricius ut de superiori<sup>9</sup> ad inferiorem descendet. Nichilominus ibi duo<sup>10</sup> perstare potuit. Nam se aquam calidam sensisse testabatur. Tunc ille non sustinens in eo loco diu stare, terram ascendit (9).

<sup>1</sup> intellege quod ei adhuc stanti. — <sup>2</sup> lege tantum.  
<sup>3</sup> Hogan legit: «autem vel itaque vel namque»; forsitan recte scriptum fuerit ante, ut sensus sit

## C

p. 232, e cod. Rawlinson B. 512: lectiones cod. Egerton 97 adiecius ex annotationibus Stokesii ad locum, collatis cum editione huius loci ap. E. HOGAN, *The Latin Lives of the Saints*, p. 57-58: melior enim est codex Egerton, et mox advertemus propriis huic accedere Vita Gadelica. Ceterum adverte perperam vertisse Stokesium «*Benen took relicta from her from Patrick.*» (*Stokesium sequitur J. Gwynn, Liber Ardmachanus*, p. 462.) Iam pridem enim intellexerunt viri linguae priscæ hibernicae peritissimi Iohannes Colganus et Michael O'Clery verbo gadelico cretra significari «*aquam consecratam seu lustralem*» (vid. quae mox afferemus et *Triade Thaumaturga*, ex *Actis Sanctorum Hiberniae*, e martyrologio Dungallensi). Immo vero latiore sensu, ut advertit Hogan, *The Latin Lives of the Saints*, p. 48 (cum annot. 9), p. 58 et p. 121, valet «*aquam benedictam (et met benedictum)* quae ad morborum sanitatem servabatur»; cf. v.g. ap. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 14, lin. 17, et t. II, p. 436, lin. 5. Haud scio an Stokesius perperam intellexerit illud Michaelis O'Clery «*creatar. i. coisreachtla*», dum arbitratur *coisreachtla* significare «*consecrated elements*» (nisi forte intellexit his anglicis verbis «*naturale quidpiam sacris usibus devotum*», minime vero «*oblatæ a sacerdote, in re divina facienda, consecrata*»). Ipse enim Michael O'Clery in martyrologio Dungallensi ad d. 9 nov. scribit *uisce coisrechta*, «*aquam consecratam*», pro cre-

tra. Non tamen excludenda est interpretatio Stokesii; nam et Iocelinus simile quidpiam perspexisse videtur in illa voce, uti mox notabimus. Mirum quam similis haec vox hodiernæ vocis *criathar, criathair*, in plurali numero *créithre, círibrum*; *criathar mheala*, «*favus mellis*». — (1) *The Book of Ballymote*, (facsimile) published.. by the Royal Irish Academy. With Introduction.. by R. ATKINSON (Dublin, 1887), p. 232 b, ad calcem. — (2) *Trias Thaumaturga*, p. 162-63, et idem omnino verbis iisdem in *Actis Sanctorum Hiberniae*, p. 41-42; etsi hoc loco potest quis in errorem indui, insertis, sub ipsius initio narratiunculae, verbis «*ut in vita eius habetur*», ut putet hanc non e Tripartita proferri sed e Vita Benigni Gadelica; intellege Colgani hanc fuisse sententiam, eandem fere narrationem et in Vita eius haberit. — (3) Apud COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 87-88, et idem omnino verbis iisdem in *Actis Sanctorum Hiberniae*, p. 42. — (4) Vid. infra criticam martyrologii editionem in sylloge de sanctis qui in utraque Scotia coluntur. — (5) Muirchent, lib. I, cap. 25 (in *Lib. Ardm.*, fol. 6 b 2 - 7 a 1); quem unum auctorem afferre satis erit. — (6) In., ibid. — (7) Cf. *Patriciana*, in *Anal. Boll.*, t. XLIII, et quos ibi affirimus auctores. — (8) Titulum praescripsimus ex antiquo indice Vitæ huius S. Patricii in *Lib. Ardm.*, fol. 20 a 2; hoc tamen caput in *Lib. Ardm.* desideratur. — (9) Locum denovo scripsimus e cod. Regiae bibl. Bruxellensis 64, fol. 302. Emenda-

## F

hoc

A *hoc, quod mox narrabitur, antecessisse ea quae iam dicta sunt. Autem tamen veri similiius.* — <sup>4</sup> *intellege procederet.* — <sup>5</sup> *ea sup. lin.* — <sup>6</sup> *lege gradu concito.* — <sup>7</sup> *lege pervenere.* — <sup>8</sup> *His oīb codex. Recle projecto legerunt his orationibus HOGAN, l. c., et GWYNN, Liber Ardmachanus, p. 449, col. 2: nam et paulo ante habes oīs locam, et percurrentibus nobis codicem nusquam obrium fuit compendium oīb; scriptum pro omnibus, at constanter oīs, omīb, omīt cēt. Textum emendare voluit HOGAN e verbis Probi (quae mox adducemus) in hunc modum: His < ergo in > orationibus i. m. f. a. <constitutis>, Anal. Boll., t. I, p. 571. Idem fere STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 497. Nihil emendavit GWYNN, Liber Ardmachanus, p. 451, ratus, ut videtur, haec per se satis esse perspicua, praesertim cum simile quodam idiomate hibernice linguae sit proprium, ut verba quedam, in ipsa tenore orationis, instar lemmatis inserantur. Si tamen latinum facere omnino velis, lege His orantibus. — <sup>9</sup> *intellege loco,* — <sup>10</sup> *lege diu.**

B 50. *Hoc miraculum in aliis Patricii Vitis non legitur, praeterquam apud Probus, in Vita Quinta (BHL. 6508) haec narrantem: Domini et apostolici viri Patris nostri Patricii, cuius laborum et itinerum mentionem fecimus in priori libello, nunc miraculorum et transitus eius seriem prout possumus enarrare proponentes, opusculum parvum Deo adiuvante aggredimus contexere; in cuius initio quoddam miraculum, quod ei et Stephano puero contigisse legitur, brevi relatu retexam. Quodam tempore cum orationis causa ad locum solitum per nocturna spatia, comite praedicto puero, pergeret, vidit magnum in caelo miraculum, suumque carissimum ac fidem probare volens sanctum puerum dixit: « Fili mi dilectissime, dic mihi, quae sentis et vides ea quae ego sentio et video. » Tunc praedictus puer Stephanus, qui et Benignus, incunctanter dixit: « Iam, pater carissime, de tuis meritis praesumenti ex Domini gratia cognita sunt mihi ea quae sentis et vides; nam video caelum apertum et filium Dei in maiestate residentem et angelos eius coram eo. » Tunc S. Patricius dixit: « Iam te, fili, meum successorem dignum esse sentio futurum. » Nec mora, gradu concito ad consuetum locum orationis pervenerunt. His ergo in oratione in medio fluminis alveo constitutis, puer dixit: « Pater, adiuva me; iam algorem aquaticum sustinere non possum. » Erat enim illa aqua nimis frigida. Dicit ei Patricius: « Descende, fili carissime, de superiori loco ad inferiorem. » Et nihilominus ille ibi diu perstare non potuit, nam aquam nimis calidam se sentire testabatur. Tunc ille non sustinens in eo loco diu stare puerum, exivit de aqua cum eo super terra (1). Haec qui con-*

dolore probatus.

vimus, ut plurimum, e sententia Edm. HOGAN, in *Anal. Boll.*, t. I, p. 576-77 et Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 497-98. — (1) PROBUS, *Vita Quinta*, lib. II, cap. 1-2, ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 52, col. 1. — (2) Hae sunt aliquot e similibus narrationibus, qua etsi aliter in aliis locis, quos afferemus, habentur, tamen ostendunt quae rei series esse solita sit: *Vita S. Comgallii abbatis de Bennchor* (BHL. 1910), cap. 46, ap. PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. II (Oxonii, 1910), p. 17, quae narrationem quam perulgata fuerit patet e locis allatis ibidem n. 8 (cf. op. c., t. I, p. LIX); *Vita S. Fechini abbatis de Faboria* (BHL. 2845), cap. 17, ap. PLUMMER, t. II, p. 82 et COLGANUM, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 132, col. 1; hibernica recensione

tulerit cum Muirchu verbis, perspicet locum ordinum esse ex aliquo exemplari eiusdem vitae, sed, ut videtur, meliore Bruxellensi. Perspicua est Muirchu sententia, ipso initio, id S. Patricio tantum et S. Stephano protomartyri contingisse ut viderent « caelos apertos et Filium homini stan-tem a dextris Dei » (Act. 7, 55). Quod cum perverse intellexisset Probus scripsit Stephanum aliud esse nomen Benigni illius qui Patricii comes erat. Ceterum arbitramur D. Patricium duplaci modo probare voluisse carissimum sibi puerum: et pri-  
mum quidem dum querit an eadem sentiat quae ipse sentit; dein illo experimento, quo et alii Hibernorum sancti usi esse feruntur, ut primum frigidis aquis discipuli constantiam et doloris patientiam explorant, mox, calefactis mirifice undis, egredi discipulum cogarent (2). Aul igitur in codice Bruxellensi excidit particula non, quam habet Probus post verbo ibi diu perstare, aut arbitratus est scriptor, elegans scilicet et latinus, vo-  
cem nichilominus vim negandi per se habere. Tan-  
dem ille, qui non sustinens in eo diu stare, terram E ascendit, Benignus fuisse putandus est, minime Patricius, ut parallelis locis patet. Recete scrip-  
serat Muirchu, perperam intellexit Probus.

#### § IV. De aliis gestis S. Benigni.

51. In *Vitis S. Patricii* saepe inducitur Benignus noster eius discipulus, familiaris, administer. Ex huius modi mentionibus haec videntur memoriati digniores. Unam autem ex his (virginibus filiis regis Langobardorum) Crumtherim appellatam, mira virtutis virginem, ab aliis (Patricius) segregavit et in cella sive lapideo inclusorio in monte vulgo Kennogoba vocato, Ardmache versus orientem vicino, inclusus; curamque tradidit S. Benigno, ut singulis diebus ad vesperum de caerulea ei curaret provideri. Sic *Tripartita Vita apud Colganum* (3); *brevius Stokesiana versio*: Dodeochaid Cruimtheris iarsuidiu corogaib i cCengobu, ocus nobered Benén a cnabab de ceech naideche o Patriac (4). *Latine*: Inde postea Cruimtheris profecta resedit in Cengoba, solebatque Benignus diurnum victimum ad eam noctu afferre a Patricio.

52. *Iocelinus, e fonte nobis ignorato, nisi totum hunc locum ipse fixit ad exemplum Vitae Quintae, lib. I, cap. 1* (5): Quadam igitur vice visitans S. Patricius illam plagam Ultorum, quae Dalmardia dicitur, per locum quemdam Mucoomuir (6) vocatum transiens progrediebatur, disci-

Benigno  
Cruimthe-  
ris  
virginis  
cura com-  
mittitur.

Benigno  
visum  
caelitus  
ostenditur,

ap. STOKES, in *Revue Celtique*, t. XII (1891), p. 332, § 22. Simile aliquid de S. Kiarano de Saigir, ap. PLUMMER, *Bethada Náem nÉrenn*, t. I, p. 122, § 62, et locis quos afferit Id., ibid. annot. 3. — (3) *Trias Thaumaturga*, p. 163, col. 1. — (4) *The Tripartite Life*, t. I, p. 232. Verterat STOKES, ibid., p. 233, « to carry her ration to her », perperam; at suum ipse mendum corredit, t. II, p. 672, ubi legi iubet « a ration ». — (5) Locum attulimus supra, num. 50. — (6) Mucoomuir (alias Muccomer, Mugcomuir) monasterium esse in Ultonia, tradit COLGAN, op. c., p. 716, col. 1; forsitan idem quod alias Connerense, op. c., p. 113, col. 1, annot. 106. Locus aliquo ignotus, E. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 544, col. 1.

-plususque-

A pulusque illius nomine Benignus, superius memoratus, gradum figens, in caelestibus aliquod mirum contemplabatur. Vedit enim lucifluos angelorum choros locum illum claritate caelica circumfundere, audivitque ipsos cum in aestimabilis melodia laudes Creatori canere. Stans horum mirabilium devotus contemplator, dulcedinis intimae replebatur tripudio; nec tamen intelleget quid praetenderet angelicæ presentiae, lucis coruscae, hymnodiae caelicæ in illo loco exhibita apparitio. Post modicum vero temporis intervallum admirabilis visio illa ab oculis Benigni tota disparuit, illeque praecedentis patris Patricii vestigia sequendo, ut ad ipsum perveniret gressus acceleravit. Sancto vero sciscitanti causam retardationis eius, retulit visionem ostensam sibi caelitus. Sanctus vero pontifex divinitus edocetus, quid innueret aut indicaret perfusio luminis et cantus angelicus exponens, dixit coram præsentibus: « Scitote, filio carissimi, quod in illo loco, quidam filius vitae, nomine Colmanellus (1), ecclesiam aedificabit, multosque filios lucis ac concives angelorum futuros ibidem adunabit (2). »

*allerum Patricio.* 53. *Haec in Tripartita apud Stokesium leguntur:* Diamboi Patraic oc Duma Graid ic ordined int shluag moir, foatbi. « Cid insin? » ol Binén. « Ni anse, » ol Patraic, « Bron ocus Manach Olean tecait modicum iar Tracht Eothaili, ocus morda sa mace Ercaí léu. Dorat tonn in tuli tres mor ocus fubthad don mace dia breith. » Faith-sine insen (3). *Latine:* Patricius aliquando, cum esset ad Duma Graid ingentemque populi multitudinem ordinaret, subrisit. « Quid hoc? » ait Benignus. « Facile dictu, » inquit Patricius, « veniunt ad me Brónus et monachus Olcánus secundum litus Eothaile, una cum alumno meo Mac Erca; subito autem, fluctu quadam exundante vehementer, territus est puer ne forte abluetur. » Hoc fatidice erat dictum. *Aliter Colganus:* Dumi esset die quodam in loco Dumhacha-gridh dicto et ings populi multitudine sacrae doctrinae fluenta haustura et salutaribus undis abluenda ad eum accureret, vir sanctus in quadam alta mentis cogitatione positus mox alteratae mentis edidit signa. Et dum S. Benignus causam inassuetas illius alterationis scire percuperet, respondit attonus: « Bronius et Olcanus monachus per aestuarium Traigh-Eothuile appellatum cum meo discipulo Macerca ad nos venientes in itinere sunt. Et appropin-

quans marinus aestus ventis et procellis agitatus, eos ex suo ingenti fragore deterret. » Sic mirandus Dei propheta res absentes et longe remotas non securus ac præsentes velut in speculo contuebat, paternaque sollicitudine discipulos meruit a periculo liberare (4). *Iterum Iocelinus* (5), *secundus scriptor, rem ita auxil ut efficeretur prodigium ingens: hic enim S. Patricius prece effusa arcte mare iam iam circumcludens perterritos discipulos; et hoc quidem loco de S. Benigno tacet. At in superiori capitulo, ubi narratur alterum eiusmodi prodigium in eorumdem discipulorum gratiam; sed adeo simile ut pulandum sit alterum, ut ita dicam, eiusdem exempli apographon), haec praemittuntur (6): Praedicabat quadam vice S. Patricius gentilibus, ipsosque instruendo et baptizando illo in loco demorabatur diutius. Benignus autem sancti discipuli aliquantulum ferebat moleste moram illam tantam illis in partibus. Sanctus autem dixit se nolle de locis illis egredi, antequam ad se venirent de remotis partibus discipuli sui et*

E

*Benignus in Patricii epistula subindicatus,*

54. *Ipse tandem S. Patricius scribit ad milites Corotici:* Postera die... misi epistolam cum sancto presbytero quem ego ex infantia docui, cum clericis, ut nobis aliquid indulgerent de praedavel de captivis baptizatis quos ceperunt. Ca-chinos fecerunt de illis (7). *Illum presbyterum fuisse Benignum nostrum coniecit Wareus* (8), *nec sine specie veri. Atamen adverendum est hunc, quisquis fuit, presbyterum expresse vocari, non episcopum. Porro epistola videtur esse scripta iam senescere S. Patricio, forsitan anno 459* (9). *Haec si ita se habuerunt, Benignus (qui vita functus esse fertur anno 467) non diu est insignitus episcopali dignitate. Quod veri simile est; erat enim Benignus, anno 459, nondum 33 annorum* (10).

55. *S. Cuimineum Connerensem seu, ut alii volunt, Naendruimensem, qui vita functus est anno 659, contextuisse versibus hibernicis opusculum de singularibus præcipiis sanctorum Hiberniae virtutibus, in quo de singulis unam singularem virtutem vel heroicum factum per modum specialis elogii referret, scribit Colganus* (11). *Carmen inter hibernica γενετήγαρα amandum, neque saeculo XI vel etiam XII anterius esse ostendit luculententer, qui id edidit, vir indefesus Wh. Stokes* (12). *Hoce tetraslachon quod ad Benignum pertinet:*

F

(7) N. J. D. WHITE, *Libri Sancti Patricii* (London, 1918), p. 27 (= *Texts for Students*, No. 4); quam editionem contulimus cum N. J. D. WHITE, *Libri Sancti Patricii*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXV, C (Dublin, 1905), p. 254. — (8) Vid. WHITE, op. c., p. 297, annot.; Id., *St. Patrick. His Writings and Life*, p. 119. — (9) J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, pp. 195, 303. — (10) Hic presbyter si Benignus fuit, res maxime quadrat cum iis quae advertimus de eius aetate et de tempore quo in Ardmachanum sedem est evectus, num. 17 et 79. — (11) *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 5, col. 1-2. — (12) *Cuimín's Poem on the Saints of Ireland*, in *Zeitschrift für celtische Philologie*, t. I (1897), p. 59-73. Iam typis erat mandatum, sed parum diligenter, a Matthew KELLY, D. D., *Calendar of Irish Saints* (Dublin, [1857]), p. 160-171.

21 Carais

A

Carais Benignus amhra  
an tsaoi úasal ba hiomlán  
eadh risa ngebad a paider  
ni biadh gan laiden d'iomradh (1).

*Illa quid sibi velint, fatemur non satis perspicere; latine tamen, fultis interpretatione anglica Stokesii, sic fere vertere licet (2): Amabat Benignus praeclarus, | nobilis absolutusque sapiens (hoc agere) | quoties dominicam orationem dicebat | de latino sermone solitus erat cogitare (3).*

*in librorum serie promiscua, de Cluan Coirpte (4). In miro illo colloquio, quod fertur, S. Patricii cum veteribus Hiberniae herib[us], inscripto Acallamh na Senórach, non semel Benignus cum magistro suo inducitur (5).*

*In calendario metrico Félire Óengusso (6), quod scriptum putatur inter an. 797-808, non nominatus est S. Benignus, quamquam plane certum est eius famam tunc late sparsam fuisse. Mael Maire autem húa Gormáin (sea Marianus Gormanus nepos), saec. XII, in suo calendario metrico Benignum honesto loco memorat (7).*

A Tirechano inter socios S. Patricii

*56. S. Benignus inter socios S. Patricii nominatur etiam in gadelicā Vita S. Berachi abbatis de Cluan Coirpte (4). In miro illo colloquio, quod fertur, S. Patricii cum veteribus Hiberniae herib[us], inscripto Acallamh na Senórach, non semel Benignus cum magistro suo inducitur (5). In calendario metrico Félire Óengusso (6), quod scriptum putatur inter an. 797-808, non nominatus est S. Benignus, quamquam plane certum est eius famam tunc late sparsam fuisse. Mael Maire autem húa Gormáin (sea Marianus Gormanus nepos), saec. XII, in suo calendario metrico Benignum honesto loco memorat (7).*

B Tirechano inter socios S. Patricii

*57. Invenitur nomen S. Benigni in duobus catalogis a Tirechano prolatis; et primus quidem insignis est pretii (8). Haec enim Tirechanus: Venit vero Patricius ad Selcam, in quo erant aulae filiorum Briuin, cum multitudo episcoporum sanctorum. Castrametati sunt in cacuminibus Selcae et posuerunt sibi stratum et sedem inter lapides in quibus scripsit manus sua literas quas hodie conspeximus oculis nostris. Et cum illo fuerunt: Bronus episcopus, Sachelus, Bronachus prespiter, Rodanus, Cassanus, Brocidius, Lomanus frater eius, Benignus heres Patricii et Benignus frater Cethiaci et ceteri quorum nomina non est opus ut exscribam (9). Hoc certissimo monumento docemur S. Benignum Patricii comitem fuisse. Verba autem heres Patricii non esse excepta ex inscriptione, sed perspicuatis causa a Tirechano adiecta, probabiliter existimat I. B. Bury (10). Idem etiam summa sollertia et ingenii acumine discrivit tres fuisse lapides*

C

*a D. Patricio incisos: primum, suo solius nomine; alterum: BRONVS EPISCOPVS, SACHELLVS; tertium: BRONACHVS PRESPITER, RODANVS, CASSANVS, BROCIDIVS, LOMMANVS, BENIGNVS, BENIGNVS, cetera. Unde colligendum est Benignum sacro sacerdotio iam tum esse initiatum, nondum tamen episcopum consecratum. Neque enim obstat, quod dicitur Patricius ibi fuisse cum multitudo episcoporum sanctorum: saepe enim apud Tirechanum ii episcopi dicuntur qui postea episcopi fuere. Haec tamen de S. Benigni presbyteratu, quamvis similis veri, conjectura tamē. Id unum certum est, S. Benignum in eo loco fuisse cum S. Patricio (11). Annus vero quo cacumina Selcae D. Patricius cum suis viserit, incertus; nisi forte quid colligendum est ex eo quod videtur Benignus nondum fuisse episcopus, cum synodus a S. Patricio coacta est (si tamen synodus ea umquam fuerit) cui adfuerunt Auxilius et Secundinus. Hic autem et vita excessit anno 447 quo tempore Benignus nondum erat 24 annorum (12). Tandem, quae sint ea cacumina Selcae, nondum, credo, cuiquam satis perspicua est (13); scimus tantum e Tirechano, fuisse locum in Connacia, in regione nepotum Briani (Úi Briuin).*

*58. Ipso fere operis sui initio, occasione oblata et episcoponominibus Sescenei et Benigni, qui ambo episcopi futuri erant, scribit Tirechanus De episcoporum numero quos ordinavit (Patricius) in Hibernia: .cccl. Sequitur catalogus aliquot nominum, quorum primus inter episcopos est Benignus, projecto hic Ardmachanus (14). In hoc catalogo describendo quis auctor Tirechano fuerit, incertum.*

*59. In nonnullis codicibus vetustis legitur catalogus comitum D. Patrici, seu clericorum qui familiam eius constituebant, ministrorum officialiumque domesticorum. Habetur autem catalogus oratione tum ligata tum soluta. Soluta oratione, antiquissimus codex eum exhibet Liber Lageniensis (15) circiter an. 1160 exaratus. Est autem talis, omissis quea ad rem non pertinent: Is iat so in cethrur ar flichtet batar i nurd la Patric i. ... Benen a shalmchetalid. Latine: Hi*

E

F

(1) STOKES, l. c., p. 66, vv. 137-40. — (2) Haec latino carmine decessoribus nostris olim interpretatus est Philipps O'Sullivan Bear; cf. KELLY, op. c., p. 160-61, annot. Num hoc opusculum servatum fuerit, nescimus; a nobis utique e Collectaneis Bollandianis hacenus erui non potuit. — (3) Hac opportunitate notandum est nonnumquam latinas litteras apud Hibernos significare quascumque litterarum humanarum divinarumque doctrinas. — (4) Cap. 2, § 8-10, ed. C. PLUMMER, *Bethada Náem n'Erenn*, t. I, p. 24-25 (gadelic), t. II, p. 23-24 (anglica interpretatione); locus in Vita latina S. Berachi (BHL. 1168) desideratur. C. PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. 75-76. — (5) Ed. S. H. O'GRADY, *Silva Gadelica* (London, 1892), t. I, p. 94-233 (gadelic), t. II, p. 101-263 (venusta interpretatione anglica); ed. W. Stokes in Wh. STOKES und E. WINDISCH, *Irische Texte*, vierte Serie, 1. Heft (Leipzig, 1900). Hi sunt loci ubi S. Benignus memoratur, e Stokesiana editione allati: lin. 1088, 1091, 1328, 3498, 3501, 5393 (hic dicitur *Beneoin mac Aeda*, id est Benignus filius Aedh-i, nescimus quam ob causam), 5395, 5399, 6640, 6642, 6648. Cui in indice Stokesius eum vocaverit *B. Mór mac Aeda*, id est Benignus Magnus filius Aedh-i, non perspicimus; Benignum enim vocabulo *Mór* (magno), neque in

Acallamh na Senórach, neque alibi cognomina-  
tum usquam legimus. — (6) Vid. infra syllogen  
de sanctis qui in ultraque Scotia hodie colun-  
tur, ubi fusius disputabimus de tetrastichis quae  
in eo opere habentur V id. nov. — (7) Vid. infra,  
ibid. — (8) De quo iam strictim egimus supra,  
num. 2. — (9) Lib. Ardm., fol. 12 b 2; quo loco  
alii alia legerunt: nos praedictam editionem  
Iohannis GWYNN secuti sumus (pp. 24, 454).  
Idem S. Patricii iter ad culmina Selcae refert  
eademque inscriptionem exprimit et Tripartita (ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 136,  
col. 2; ap. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I,  
pp. 106, 108), attamen non iisdem omnino  
verbis ac Tirechanus. Unde conicit I. B. BURY,  
*The Life of St. Patrick*, p. 272, non Tirechanum  
fuisse Tripartiti operis in hac re auctorem, sed  
separatum affterri a Tripartita testimonium. —  
(10) *Supplementary Notes on Tírechán's Memoir of St. Patrick*, in *English Historical Review*, 1902, p. 702-703. — (11) Qui plura voluerit, aeat  
J. B. BURY, l. c. — (12) J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, pp. 292, 371. — (13) J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. lvi. — (14) Lib. Ardm., fol. 9 b.  
— (15) *The Book of Leinster*, p. 353, col. d. Cata-  
logum inde exscriptis et editid STOKES, *The Tri-  
partite Life*, t. I, p. 266, annot. 1.

sunt

A sunt qui cum Patricio erant « in ordine », viginti quattuor numero ... Benignus eius psalmista. Hibernice dicuntur esse in ordine qui sacram ordinibus sunt initiati, qua de re mox fusius. Ceteri codices a Libro Lagenensi parum discrepant (1). Mox dicemus de uno apographo ubi S. Benignus omissus est.

in catalogis  
comitum  
Patricii,

60. Carmen ascriptum Flanno scholae Monasterboicensis quondam lumini (gadelice Mainistir Buithe, nunc in Co. Louth) (2), qui vita functus est an. 1056 (3), hosce versiculos contineat :

Muinnter Phadruig na patter  
accá raibh ro Laitten  
Meabhra lim — ni curt cranna —  
a nuirt is a nanmanna.

Benen a shailmcheataidh saer . . . (4).

Quae verbum e verbo sic sonant : Comitatus Patricii prectionum, cui sermo erat bene latinus... memini — non debilis comitus — ordinem.

B eorum et nomina ... Benignus eius psalmista. Ea humano sermone intellegenda sunt : Eorum qui in fortissimo D. Patricii comitatu aderant nomina novi, et quod cuique fuerit munus sive officium ecclesiasticum... Hoc verbum pro quo reddimus officium vel munus ecclesiasticum in gadelico sermone deductum est a latina voce ordo, ita ut sententia esse possit novi cuius quisque ordinis esset clericus, quis nempe episcopus, quis presbyter et sic porro. Hoc forsitan minus ver simile esse videtur. Idem carmen Muinnter Phadruig na patter habetur et in Libro de Lecan (5) (saec. XIV) cuius ope fultus O'Donovan emendavit codices suos Annalium.

non tamen 61. In catalogo quodam comitatus Patricii pedem omnibus. stri oratione, quem typis mandavit Colganus, S. Benigni nomen non legitur (6). Sed una cum Benigno abest S. MacCærthinn episcopus, S. Patricii satelles et baculus senectutis ipsius, qui eum in umeris gestabat (7). Hic autem in aliis apographis quae supra recensuimus Benignum proxime antecedit. Itaque videntur ambo haec nomina apud

Colganum errore quodam sive librarii, sive typothetae intercidisse.

62. Restat inquirendum quid psalmistae nomine veniat. E catalogi titulo et ipso carmine (v. 4) clarum est eos omnes clericos fuisse, sive, ut hibernicus habet, in ordine. Intellege eos omnes ad ecclesie ministerium quoque modo pertinuisse ; enim post episcopum et sacerdotem, nominatur iudex, « athleta », psalmista, cubicularius, campanarius, cogus, cervisiarius, sacellanus, hostipitum ministri, auriga, jocarius lignorumque provisor, armentarius, fabri ferrari et aerarii sacrae supellectilis aurifices, quin etiam tres sanctimoniales letrices et sacrorum linteorum confectrices. Attamen et loco qui psalmistae officio in hoc catalogo assignatur, vix dubitate licet quin hoc munus ecclesiasticum fuerit. Praeterea in narratiacula de S. Benigno et S. Erenata (8) obvium habes D. Benignum psalmistam ocund urlegunn id est « praefigentem seu recitantem » (9) ; quod verbum in priscis glossis hibernicis maxime adhibetur de publice legendi in sacris christianorum coetus (10). Quibus e rebus, colligi potest psalmista munus et officium idem fere esse alique cantoris ; hoc autem et minoribus ordinibus aliquando annumeratum esse, nemo ignorat.

Tandem in catalogo non adeo antiquo episcoporum Hibernensium memoratur Benignus honorificissimo loco proxime post SS. Patricios et S. Secundinum (11).

63. In Libro Ardmachano tria monasteria seu Ecclesia de Drumlease eccliae ab aliquo S. Benigno conditae esse traduntur : cellula Benigni a S. Benigno fratre Cethiaci (12) ; ecclesia Deo consecrata Patricioque immolata a Bineano filio Lugni (13), alio certe a Benigno Ardmachano (14) ; denique monasterium in Drumlease, de quo inter ea quae Tirechani Collectaneis adiecta sunt (BHL. 6499) in Libro Ardmachano (15), haec hibernice traduntur : Congab Patrice iarnaipuirt i nDruim Daro, i. Druim Lias. Fácab Patrice a daltae nand, Benignus a aimn, et fuit inse xui annis. Gabais caille la Patrice Lassar ingen Anfolmithe di

Episcoporum  
Hiberniae  
catalogus.

C

(1) Sunt autem hi : *The Book of Ballymote* (saec. XIV), fol. 119 a, col. 2, lin. 42; *The Yellow Book of Lecan* (saec. XIV) fol. 44 b, col. 3, lin. 36; *Leabar Breac* (saec. XV), p. 220, col. 2, lin. 52 : unde catalogus a STOKES editus est, op. c., t. II, p. 574 ; codex Musei Brittanici Egerton 93, fol. 18 b 2 (exaratus an. 1477) : unde exscriptus a STOKES, op. c., pp. 264, 266 ; tandem codex Regiae Academiae Hibernicae 23. D. 9, p. 6, si credendum est Iohanni O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. III, p. 760, annot. 123. — (2) Hibernice nomen poetae est *Flann Mainistreach*, « Flann a Monasterio ». — (3) J. O'DONOVAN, *Annals of the Four Masters*, t. II, p. 870 et annot. k. — (4) O'DONOVAN, t. I, pp. 134, 136. Proprie carmen « Muinnter Phadruig na patter » est altera pars carminis « Padruig ab Eireann uile » ; huic enim in codice autographo Quatuor Magistrorum, cuius specimen edidit O'DONOVAN, p. 131-32, annot. h, praescriptione fuerat : « Flann Mainistreach cecinit » (ibid., p. 130). Qua in re deceptus est vir eruditus R. I. BEST, qui carmen « Muinnter Phadruig na patter » exhibet tamquam « scriptorius incerti » in praeclaro illo suo opere : *National Library of Ireland, Bibliography of Irish Philology and of Printed Irish Literature* (Dublin, 1913), p. 161. — (5) *The Yellow Book of Lecan*, fol. 44 b, col. 4, lin. 12. Idem inveniri et in codice Regiae Academiae Hibernicae signato 23. E. 26, p. 240, refert O'HANLON,

t. c., p. 760, annot. 125. — (6) *Trias Thaumaturga*, p. 167, col. 1. In altero codice recensionis Stokesiana (Rawlinson B. 512) excidit totus catalogus ; in altero (Egerton 93) omnia recte se haberet iam advertimus, supra, annot. 1. — (7) Ita Tripartitum opus ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 149, col. 2. — (8) Vid. supra, n. 45-48. — (9) Vid. Holger PEDERSEN, *Vergleichende Grammatik der keltischen Sprachen*, t. II, p. 561, § 757, 1, v. air-leg-. — (10) Adisis locos quos affert PEDERSEN, ibid. Hi perspicue agunt de preelectione in ecclesia : Wb. 9 b 3, 18 a 24, 25 c 30, 27 d 13 (bis), 27 d 14. Ceterum reddit idem verbum air-leg- latinas voces « legendi » Sg. 213 b 9, « perlegendi » Sg. 24 a 14, « recitandi » Sg. 211 b 13. (Wb signum est codicis Wireburgensis hibernice glossati, Sg codicis Sangallensis : utriusque editionem adivimus in STOKES and STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. I et II. Ideo Stokesius, qui pro ocund urlegunn rediderat chanting, *The Tripartite Life*, t. I, p. 233, poster maluit reading aloud, op. c., t. II, p. 672. Ceterum ab anagnosta qui preelegit (id enim est air-leg-) parum distat cantor qui aequabilis nec modulato vocis tenore canticum recitat, ut in ecclesiastico officio passim fieri solet. — (11) *The Book of Leinster*, p. 365, col. 4. — (12) Fol. 12 b 2. — (13) Fol. 17 a 2. — (14) Vid. infra, p. 177, annot. 5 et p. 178, annot. 9. — (15) Fol. 17 a 1-2.

cheniul

A cheniul Caichain. Baiade and tarési mBenigni trifichtea bliadne. *Id est*: Condidit Patricius (ecclesiam) in Druim Daro, id est Druim Lias (1), postquam oblatus fuerat illi (in locus). Reliquit Patricius suum alumnū inibi, nomine Benignum, et fuit *in se* decem et septem annis (2). Sumpsit pallium (3) apud Patricium Lassar (4) filia Anfolmithe (5) de genere Cáichán-i. Fuit haec inibi post Benignum (*vel pro* Benigno, *aut in loco Benigni*) ter vicenos annos.

*a Benigno condita,*

64. *Tripartita eadem sic refert apud Stokesium*: Rogab Patraic iarsin forsindebdairt i nDruim Dara, Druim Lias indiu i. do sostaib Patraic and oces dina liasaib rosainmiged. Forácaib Patraic Benén and a dalta impadaine fri ré fichef bliadan (6). *Latine*: Postea condidit Patricius (ecclesiam) in loco qui sibi fuerat oblatus in Druim Dara. (Nomen) hodie est Druim Lias, deductum nempe e stationibus Patricii et eius casulis (seu aediculis, hibernice *liasa*). Reliquit Patricius Benignum inibi, alumnū suum, in abbatia, viginti annos. *Idem Colganus*

B in *Tripartita* (7), qui locum nominat Druimdaire et casulas illas aediculasque intellegit a Patricio et discipulis ibi commorantibus exstructas, dubius «an hic sit S. Benignus filius Sescheni, successor Patricii... an vero S. Benignus frater S. Cethuchi; cum eterque fuerit Patricii discipulus et vixerit hoc tempore in Connacia (8).»

*Ardmacha- no*

65. *Iohanni Gwynn* (9) parum veri simile videtur eundem hunc fuisse qui et Binean filius Lugni (10). *Filius enim Lugni traditur obtulisse Deo et Patricio fundum quem hereditario iure a genere matris sua acceperal, ubi ecclesia conderetur cui ipse est a S. Patricio praefectus.* At in Druim Daro ecclesia exstructa est in terris quas largiti erant filius Cairthin et Caichan. Accedit quod expresso dicitur Benignus dalta (*id est alumnus*) Patricii; ideo facile crediderimus eum fuisse celebrem illum Patricii discipulum, Benignum Ardmachanus, quamquam et Benignus frater Cethuchi et Binean filius Lugni fuerunt Patricii comites, et discipuli seu alumni quodam modo dici potuerunt (11). Tandem, nihil est cur censeamus Bineanum filium

C Lugni pluribus ecclesiis praefuisse in variis regionibus longo inter se intervallo separatis; certum est autem Bineani ecclesiam conditam esse in loco qui nunc est Kilbannon (12).

*an alio,*

66. Alteri nomini Benignus quod exscripterat

e lapide in cacuminibus Selcae (13) haec adiecit D Tirechanus: Benignus frater Cethuci de genere Ailello, qui tenuit cellolam Benigni in aNorto a Patricio et Cethuaco (14). *Forsitan in aNorto (locus est in codice valde indistinctus) latital «hortus S. Patricii in Connacia», lubgort Patraice i Connachtu, de quo Vita Gadelica S. Benigni, cap. 16. Sed adeo diversa est ab hac Tirechani notula narratio quam refert de condito horto Patricii Vita Gadelica (15), ut neque nobis nostra conjectura satis placeat.* Ceterum, quiequid in hac veri fuerit, alias projecto est ille Benignus qui praefuit abbatiae de Druim Leas a Benigno fratre Cethuci qui tenuit cellolam Benigni (nusquam enim repperimus abbatiam de Druim Leas vocari Cellolam seu Cellam Benigni), nisi hic idem utrumque locum successive occuparit; hoc tamen parum est veri simile, nam eodem fere tempore condita esse videant illa monasteria, neque facile credendum est Patricius abbates mutasse, ipsis praesertim inititis. Restat igitur ex iis Benignis quos novimus solus Ardmachanus qui potuerit esse abbas de Druim Leas. Hoc unum fortasse obiecet quispian: si decem et septem annos in Druim Leas mansit Benignus Ardmachanus qui ipsi Patricio in Hiberniae primatu successit ineunte anno 461 (16), nondum erat decem et septem annos natus cum monasterio de Druim Leas praefectus est an. 444, ipsis anno quo primum accidere potuerunt ea quae narrantur de S. Erknata virgine (17).

E

67. *Huic tamen sententiae favere videtur saec. XVII Dubhaltach Mac Fir Bhisigh (Dwald Mac Firbis), vir hibernicarum rerum peritissimus idemque ullimus velutorum antiquariorum, in opusculo suo De quibusdam episcopis (18), dum scribit Benignum de Druim Leas col. d. 9 novembris, quo die Ardmachanus colitur. At errore potuit fieri, praesertim cum aliorum Benignorum Hibernorum quis festus dies fuerit prorsus ignoretur. En tamen locus: Druim Lias: Benen in abdaine i nDruim lias Nov. 9. *Latine*: Druim Lias: Benignus in abbatia in Druim Lias, Nov. 9.*

incertum.

68. Ut advertit Iohannes Gwynn (19), videtur non prorsus ignotam fuisse D. Patricio regionem gentemque nepotum Aillilli cum in eas partes deveniret prope quas exstructum est Drumlease; etenim obviam ei venerunt, ut videtur, Cethuchi cum Benigno et Mucneo fratribus et Mathona sorore, simul et Felartus cum sororibus. *Forsitan hoc*

*Patricio  
in Tirerrill  
num  
Benignus  
dux  
itinoris  
fuerit.*

(1) Druim(m) Leas, postea Druim(m) Lias, nunc Drumlease sive Drumleese, Barony Dromahaire, Co. Leitrim. — (2) «Et fuit *in se* xxiij annis.» Illud *in se* nescimus quid sibi velit; nam seu latinum esse intellixeris, seu hibernicum, neutrum iuvat. *In se* hibernice significare in eo, inibi, hic vult E. HOGAN, *Vita Sancti Patricii* (alias *Documenta de Sancto Patricio*), parte altera (Bruxellis, 1889), p. 181, col. 2, in glossario, i. v. *in se*, et in *Outlines of the Grammar of Old-Irish* (Dublin, 1900), p. 115. At eum secutus est, quem quidem noverimus, nemo recentiorum. — (3) Sumpsit pallium, seu velum virginum Christo sacrarum. — (4) Tot sunt virginis huius cognomines, vel in uno martyrologio Dungallensi, ut aenigma vix solvi possit. — (5) *Anfolmithe* mulieris nomen esse videtur, STOKES and STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. II, p. 238, annot. h. — (6) *The Tripartite Life*, t. I, p. 144. — (7) Lib. II, cap. 103, *Trias Thaumaturga*, p. 143. — (8) Id., *ibid.*, p. 180, col. 2, annot. 150-151. — (9) *Liber Ardmachanus*,

p. LXIX. Cur adduxerit I. GWYNN, op. c., p. LXVIII, lin. ult., locum et «Vita Septima» (recte, e Vita Gadelica S. Benigni), *Trias Thaumaturga*, p. 204, nondum perspeximus; nisi hereditate accepit errorem Edmundi HOGAN, in *Anal. Boll.* t. II, p. 218, annot. a. — (10) Vid. supra, num. 2 et 16; et infra p. 177, annot. 5. — (11) Contraria sententia tuerit I. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. I, p. 257-58. — (12) Vid. infra p. 178, annot. 8. — (13) Vid. supra, num. 57. — (14) *Lib. Ardm.*, fol. 12 b 2. Vid. in editione J. GWYNN, p. 454, col. 2. Locu habetur et in *Tripartita*, STOKES, *The Tripartite Life*, pp. 106, 108; COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 136-37; sed hic nihil est quod ad rem quam tractamus conferre possit. — (15) Cap. 16, infra, p. 182. — (16) De chronologia vid. num. 17-25, 82. — (17) Vid. num. 45. — (18) Ed. D. H. KELLY (operam conferente W. M. HENNESSY) in *Proceedings of the Royal Irish Academy, Irish MSS. Series*, t. I, Part I (Dublin, 1870), p. 108. — (19) *Liber Ardmachanus*, p. LXI-LXII. modo

A modo Patricius gentem illam cognoverat, quod Benignus noster Ardmachanus e nepotibus Aililli et ipse ortus esse fertur; nec adeo improbabilis est coniectura, nam etsi non semel tetendit S. Patricius in Connaciam, tum primum videatur in regionem filiorum Aililli venisse, cum ecclesias ibi exstruendas curavit.

*Sancti episcopi de Drumlease.*

69. Non est opus ut iis quae in Kilbannon et Drumlease postea everunt hunc commentarium oneremus; adeat qui plura voluerit auctores ab Hogan allatos (1). Tamen non praetereundae sunt Litaniae illae quae Oengusio ascribuntur, in quibus invocantur uii. nobis episcopi Dromma Lias (2); latine: septem sancti episcopi de Druim Lias, quorum nomina lacentur; sed hic agitur (quod ex hibernico idiomate patet) de septem sanctis episcopis qui in Druim Lias quiescerent. Ardmachanus autem Benignus (si quidem Ardmachanus umquam abbas fuit de Druim Leas) certe non in Druim Leas obiit, neque ibi est sepultus. Quamobrem de eo hic esse sermonem non censendum est.

*Benigni successores qui fuerint.*

70. In Annalibus de Loch Cé (seu, ut quidam voluerunt, de Kilroman), anno 1243 memoratur Findachta húa Lughada, adiectis titulis combaria Beneoin oecus déganach mór Tuama (3), id est successor Benigni et decanus maior de Tuam. Hunc in Kilbannon successorem fuisse Benigni sententia est W. M. Hennessy, cui assentimus. Verum, sive in Drumlease, sive in Kilbannon, sive alibi fuerit, hoc certum est indicium saec. XIII aliquam ecclesiasticam dignitatem viguisse quae a S. Benigno nomen originemque duxisse crederetur.

*Benigni ecclesiae pariae.*

71. Colganus in Actis Sanctorum Hiberniae (4), arrepta opportunitate e Vita S. Endei abbatis Araniensis, digressus est paululum a proposito ut exsiceret de tribus insulis Araniis edrumque ecclesiis ea quea collegaret Illustriss. Dom. D. Malachias Quaedeus, Tuamensis archiepiscopus (5). Cuius e scriptis patet in maiore insula tunc fuisse

ecclesiam dictam Templum Benain, id est Templo Benigni (6). Hic Benignus quis fuerit nobis incompertum est. Forsitan idem qui Kilbannon monasterium statuisse fertur; enim haud procul abest Kilbannon ab urbe Tuam, iacentque insulae Araniae in Tuamensi dioecesi. Huius templi parietinae saltem existare videntur ad hanc diem prope vicum Killeany (7). Tandem vicus Plouenan in Britannia minore olim est dictus Ploe-Benoan, Ploe-benau, Ploueuenan (8): in nomine latet nomen alicuius S. Benigni. Hic Ardmachanus fuerit, non est operae prelum inquire (9).

72. De corpore iurum regum Hiberniae (10) quod a S. Benigno Ardmachano conditum tradunt antiqua monumenta, nostrum non est quaestio- nem agilare, quam eximia cum eruditione exposuit vir doctus Iohannes MacNeill (11). Nec quae tantum virum fugerunt apud nos sibi quisquam requirenda existimabit. Sicubi tamen fontium testimonia vir clarus ab instituto suo aliena iudi- cavit, haec pro modulo nostro supplevimus. Regum iura a S. Benigno primum condita fuisse, summo consensu referunt carmina omnia quibus Leabhar na gCearb constat (12); quorum au- toritati sine gravi causa infinitas ire non licet. Neque mirandum est gentium agrorumque iura et vectigalia scripta fuisse a S. Benigno, quippe cui praecepsa esset auctoritas inter D. Patricii disci- pulos adiutorios ex hibernico sanguine et genere ortos. Fertur etiam S. Benignus unus fuisse ex iis qui corpus iuris ac legum componere quod dicitur Senchus Mór (13). Praeterea in Libro Ardmachano (14) post Auxilium, Patricium, Secundi- num, et Benignus scribitur statuisse de re que hibernicae ecclesiae plurimum intererat; et quibus quattuor viris unus Benignus sanguine Hibernus erat. Carmen de iuribus regis Temoriensis in ipso exordio (15) clare significal cam sallem partem Leabhar na gCearb latine primum esse concep- tam (16). Novimus autem post Hiberniam ad Chris-

*A Benigno scripta feruntur*

*E*  
*Leabhar na gCearb,*

C (1) *Onomasticon Goedelicum*, i. v. Cell Beneoin (p. 177, col. 1) et i. v. Druim Lias (p. 366, col. 1). — (2) *The Book of Leinster*, p. 374, col. 1, lin. ult.; cf. *Leabhar Breac*, p. 24, col. 1, circ. fin. — (3) *The Annals of Loch Cé*, ed. W. M. HENNESSY, t. I (London, 1871), p. 360 (= *Rolls Series*, No. 54). Cf. *Annals of the Four Masters*, ed. cit., p. 306. — (4) P. 714-15. — (5) De quo J. H. Todd in O'CLERY, *The Martyrology of Donegal*, p. lxi, annot. 1. — (6) Cf. Roderick O'FLAHERTY, *A Chorographical Description of West or H-Iar Connaught*, ed. J. HARDIMAN (Dublin, 1846), p. 74 (*Irish Archaeological Society*). Tempii parietinae adhuc superesse videntur. — (7) *Ordnance Survey of Ireland (One Inch to Statute Mile)*, fol. 113. — (8) J. Loth, *Les noms des saints bretons*, in *Revue Celtique*, t. XXX (1909), pp. 318, 403. — (9) De aliis ecclesiis et monasteriis quae a Benigno condita feruntur, videois et caput 21 *Vitae Gadelicæ* cum annotationibus. — (10) *Leabhar na gCearb* or *The Book of Rights...* edited by John O'DONOVAN (Dublin, 1847) (*Celtic Society*). Id fuisse unum e primis operibus docti illius viri et dignum quod denuo edatur, advertit Eoin MACNEILL, *Phases of Irish History* (Dublin, 1920), p. 276-77, et *Celtic Ireland*, p. 73, annot. Num conscripserit S. Benignus librum illum fuse disputat O'DONOVAN, p. ii-xii (W. E. Hudson id ascribitur ap. E. O'CARRY, *On the Manners and Customs of the Ancient Irish*, t. II (London, Dublin, etc., 1873)), p. 45, annot. 14, sed perperam, uti legenti

patebit). Forsitan iusto pluris fecit O'DONOVAN F testimonium Vitae Gadelicæ quod Colganus in- terperte protulit, capite 18; totum quippe ab hagiographo videtur fictum esse ut tueretur priscam traditionem de Psalterio Casselensi S. Benigno ascripto. Nos haud facile tantam au- toritatem tribuerimus inepto antiquario qui Vita Gadelicam concessit. De *Leabhar na gCearb* eruditè scripsit John MACNEILL (idem qui nunc cognomine hibernico dicitur Eoin MacNeill) in *The New Ireland Review*, t. XXV (1906), pp. 65-80, 206-216, 348-362; In., *Celtic Ire- land*, p. 73-95. — (11) Op. c. p. 84-85. — (12) Eos locos fere cunctos adducit J. O'DONOVAN in sua diatriba, l. c. Cf. Indicem i. v. Benean, p. 297, col. 2. Quanto omnium consensu postea Benigno ascriptus fuerit *Leabhar na gCearb* lucu- lenter ostendit qui saeculo XVII antiqua domes- ticarum rerum monumenta tanto studio collegit, Seathrún CÉINTINN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn. The History of Ireland*, t. I, ed. D. COMYN (London, 1902), p. 78, et t. III, ed. P. S. DINNEEN (London, 1908), p. 166 (= *Irish Texts Society*, t. IV et IX). — (13) Qua de re mox pluribus, num. 73. — (14) Fol. 21 b 2; de quo loco infra num. 74. — (15) Edit. O'DONOVAN, p. 178. — (16) Ita quidem videtur docto viro E. MACNEILL. At hoc forsitan, uti iam obiter ad- vertimus, p. 162, annot. 3, nihil aliud est ac idioma hibernicum non adeo insolitum, quod latini sermonis nomine cunctarum fere humaniorum artium doctrinas complectit. Utrum au- -li

A *ti fidem adductam nullum sermonem esse habitum honestiorem latino: latine antiqui de D. Patricio commentarii scripti sunt, latine prisci Annales; latine etiam corpus iuris conscribi debuit tum cum primum insula christiana facta est. Postquam autem vernaculae litterae adoleverunt, regis poetis mandatum est ut has leges hibernicis versibus complectentur; hos prae oculis habuisse latinum corpus iuris S. Benigno ascriptum, veri simile est. Et compendia pedestri oratione concepta, quae ad singulas partes referuntur, omnia S. Benignum auctorem praetendunt; sed haec recentiora esse satis probabiliter arbitratur O'Donovan. Nemo tamen prudens existimabit minutissimas quasque legum stipulatiunculas a S. Benigno saeculo V iam editicas fuisse quales in Leabhar na gCeart post tantas rerum publicarum mutationes scriptae leguntur. Videntur varia carmina de regum iuribus primum esse collecta, cum aliis multis rebus quae ad domesticas historias pertinebant, in magnum illum librum quem Casselense Psalterium vocavit. Hunc ab inclito episcopo et rege Casselensi Cormac-o filio Cuilennán-i (830-908) congestum esse, uno jere ore antiqua Hibernorum monumenta tradunt. Igitur ineunte saec. X conscripta esse carmina de regum iuribus, veri simile est; compendia vero ceteraque pedestri oratione circa an. 1000 adiecta. Hucusque v. d. E. MacNeill.*

*Senchus Mór,*

B 73. S. Benignus cum S. Patricio nominatur inter episcopos tres qui cum tribus grammaticis tribus regibus aliud corpus iuris, Senchus Mór dictum, recognoverunt et quorum nomina primum leguntur in tetraschico quod servavit idem Cormac filius Cuilennani in suo glossario (1). Hi novem viri legum codicem emendasse feruntur regnante Laegaireo filio Nialli, totius Hiberniae rege. Addunt quidem Annales Ultonienses id contigisse an. 438 (2); quod si ita est, Benignus qui tum annum circiter duodecimum agebat (3) iuris consultus esse non potuit, nedium episcopus (4). Sed perspicue ostendit I. B. Bury (5) annum 438

C

tem hoc loco sensum exhibeat, non adeo perspicuum est. — (1) Edidit W[hitley] STOKES, *Three Irish Glossaries* (London, 1862), p. 31-32; et iterum Id., *The Tripartite Life*, t. II, p. 570. Ceterum tetraschichon illud non raro in hibernica linguae monumentis offendimus; cf. *Introduction to Senchus Mór*, inter *Ancient Laws of Ireland*, t. I (Dublin, 1865), p. 4; *Annals of the Four Masters*, ed. cit., pp. 132, 134, an. 438. S. CÉRTINN (G. Keating), *Foras Feasa ar Éirinn. The History of Ireland*, ed. cit., pp. 30, 32, quattuor tetraschicha profert alius carminis in quo poeta nescio quis pro modulo suo prosecutus esse videtur cuiusdam legis periti sententiam, de descriptione corporis legum cui titulus *Senchus Mór* (rectius forsitan nunc *Introduction to Senchus Mór*; eo enim nomine venit in anglica editione). Confer cum primo versu a Keating allato locum inter *Ancient Laws of Ireland*, t. c., p. 18. Etsi totum illud de Aimhingín-o Glúin-gheal pernotum est. Quam celebre autem fuerit illud de S. Benigno inter legis peritos ostendunt, ut alia omittamus, glossema in *Introduction to Senchus Mór*, inter *Ancient Laws of Ireland*, t. c., p. 38; glossema in tractatu *Do cétir Slicht Athgabála*, ibid., p. 208; glossema in tractatu *Do Fastad Círl ocus Dlígid*, op. c., t. V, ed. R. ATKINSON (Dublin, 1901), p. 470. Qua de re vide quae notamus p. 180, annot. 1. — (2) *Annals of Ulster*, ed. cit., t. I, p. 6. Cf. *Chronicum Scotorum*, ed. W. M. HENNESSY, p. 22. —

in Annales Ultonienses *inepta fraude inscriptum* D. fuisse ut hibernicus Senchus Mór eodem anno recognitus fuisse crederetur quo editus est *Codex Theodosianus* (6). Accedit etiam quod id hibernice in Annalibus scriptum est; at vero antiquiores Annales latine scriptos esse iam advertimus (7). Secluso igitur hoc mendacio nihil obstat quominus tetraschichon Cormac-i ex antiquo probatique monumento fluxisse videatur, quae sententia est I. B. Bury (8). Altamen non nimis perpicax sit qui suspectur ex novemvirorum illorum nominibus aliqua saltem fraudulenter ascripta fuisse ut numerus novem completeretur, qui apud Celtes sacrosanctus est, adeoque codici fides conciliaretur. Sed de his rebus aliis erit disserendi locus, ubi adoriemur explanare carmen insertum capituli 14 *Vita Gadeliae*.

74. Item quaecumque causa valde difficilis exorta fuerit atque ignota cunctis Scotorum gentium iudicibus ad cathedralm archiepiscopi Hibernensis, id est Patricii, atque huius antistitis examinationem recte refferrenda. Si vero in illa cum suis sapientibus facile sanari non poterit talis caussa praedictae negotiosis ad sedem apostolicam decrevimus esse mittendam, id est ad Petri apostoli cathedralm auctoritatem Romae urbis habentem. Hi sunt qui de hoc decreverunt, id est Auxilius, Patricius, Secundinus, Benignus (9). Haec in Libro Angueli (BHL. 6500), qui saec. VIII, ut videtur, ineunte, Ardmachae fictus est, Ardmachanae sedis iurium privilegiorumque tuendorum causa (10). Isdem ferme verbis canon *Hibernensis*: Si quae difficiles quaestiones in hac insula oriuntur ad sedem apostolicam referantur (11). Advertit I. B. Bury, nomina quae subiectantur in Libro Angueli, si re vera excerpta sunt et catalogo corrum qui synodi ciuidam decretis nomina apposuere, satis per se indicare synodum esse habitam ante annum 447-448, quo et vivis cessit Secundinus, et Benignum etiam tunc presbyterum fuisse, nondum episcopum (12).

Canon  
Hibernensis,

E

- (3) De aetate S. Benigni, vid. supra num. 82.  
 (4) C. O'CONOR, *Rerum Hibernicarum Scriptores Veteres*, t. II, pp. 109, 114; J. LANIGAN, *An Ecclesiastical History of Ireland*, t. I, p. 371, quem sequitur G. PETRIE, *On the History and Antiquities of Tara Hill*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XVIII (1837), p. 70; J. O'DONOVAN, *Annals of the Four Masters*, t. I, p. 134, annot. n; A. P. FORBES, in *Dictionary of Christian Biography*, t. I, p. 312, col. 1. — (5) *The Life of St. Patrick*, p. 355-57.  
 (6) Op. c., p. 356. Adde expresse Theodosii imperatoris mentionem fieri in illo tractatu de descriptione legum hibernicarum, quem iam plures attulimus, inter *Ancient Laws of Ireland*, t. I, pp. 2, 4, ubi de rebus a D. Patricio et D. Benigno in illo concilio gestis multa referuntur et sequioris aevi traditione. Cf. narrationem de Laegaire ad Christi fidem conversione quam ediderunt C. PLUMMER in *Revue Celtique*, t. VI (1883-1885), p. 162-72 et Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 562-66. — (7) Supra num. 72. — (8) *The Life of St. Patrick*, I. c. — (9) *Lib. Ardm.*, fol. 21 b 2. — (10) De Libro Angueli vid. J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. LXXV-LXXXVIII, et BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 287. — (11) *Hibernensis*, 20, 5, b. F. W. H. WASSERSCHLEBEN, *Die irische Kanonsammlung*, ed. 2 (1885), p. 61; legimus cum BURY, op. c., p. 371, n. 2. — (12) Op. c., p. 371; cf. p. 292.

F

Vita  
Tertia  
Patricii,

75. De S. Benigno et aliis Actorum S. Patricii, qui feruntur, scriptoribus Iocelinus ista habet: Unde et de his quae mirifice gessit (Patricius) in mundo, libelli vel tractatus referuntur conscripti sexaginta sex numero, quorum pars plurima principiantibus Gurmundo et Turgesio consumpta perit incendio. Quattuor tamen codices de virtutibus et miraculis eius partim latine et partim hibernice conscripti reperiuntur, quod diversis temporibus quattuor discipuli eius, videbilem beatum Benignus successor illius, et sanctus Mel episcopus, et sanctus Lumanus pontifex nepos eius, et sanctus Patricius filiolus eius, qui post decessum patrui sui Britanniam remeans in fata decessit, et in Glasconensi (sic) ecclesia sepultus est honorifice, conscrispsis referuntur (1). Hanc fuisse Vitam Tertiam (BHL. 6506) contendit Colganus (2), et acerius etiam contendit si ad d. 9 nov. in Actis Sanctorum Hiberniae Benigni Vitam illustrare potuisset. At nuper pro sua diligentie evicit I. B. Bury Teriam Vitam B saeculo IX non esse antiquiore (3). Fieri tamen potuit ut de S. Patricio S. Benignus quaedam testimonia litteris mandaret; sed si quid ex eius scriptis saeculo IX ineunte in archivo ecclesiae Patricii existisset, projecto in Librum Ardmachanum id receptum fuisse a quo antiquari putata sollicitudo nihil abesse passa est quod tenuis augendisque sedis Ardmachanae iuribus idoneum videretur.

alia.

76. Tandem in carmine saeculi XI vel XII (4), ascribitur S. Benignus et lex illa qua nefas erat conubii iuribus uti in comitis de Carmán. Carmen autem de priscis Dubliniis incolis (5), quod S. Benigno tribuitur, certe spurium est.

(1) IOCELINUS, cap. 186, ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 106, col. 2. — (2) Ibid., p. 29, col. 2, annot. 1; p. 216-17. — (3) A Life of St. Patrick, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XXXII, C, p. 199-224; *The Life of St. Patrick*, p. 272-73. — (4) Ed. O'CURRY, *On the Manners and Customs of the Ancient Irish*, t. II, p. 45 (anglica interpretatione) et t. III, p. 542 (hibernice). De similibus legibus adisus locos quos memorat O'CURRY, t. c., p. 542, n. 601. — (5) *The Book of Ballymote*, p. 279 b, lin. 10; unde descriptum est et latina interpretatione donatum quodam Iohanne Kelly, sacec. XVII ineunte, in codice E. 3. 13 Collegi SS. Trinitatis Dubliniensis. T. K. ABBOTT et E. J. GWYNN, *Catalogue of the Irish Manuscripts in the Library of Trinity College, Dublin*, p. 4, n. 582. — (6) Primus edidit COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 292, col. 2, *Psalterio Casselensi*, ut ipse scribit; hoc autem nomine non adeo certum est intellegendum esse codicem qui nunc est Oxoniensis Bodleianus Laud. 610, ut putat J. H. TODD, *St. Patrick*, p. 173, quem sequitur Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 548, annot. 1: habet enim Colganus plura quam in Oxoniensi codice scripta sunt nomina, quae ipse profecto non addidit suo marte, ut patet ex annotationibus, *Trias Thaumaturga*, p. 292, col. 2. Attamen fieri potuit ut librarius quo usus est Colganus suo apographo quaedam tacitus adderet. Adverte et nonnulla apud Colganum esse diversa a codice Oxoniensi. Ceterum de Psalterio Casselensi et codice Laudiano 610 adisus J. O'DONOVAN, *Leabhar na g-Cearb*, p. XXVII-XXXIII, et Wh. STOKES, *Féilire Óengusso. The Martyrology of Óengus*, p. XIV-XV. E duobus codicibus edidit Robert KING, *A Memoir Introductory to the Early History of the Primacy of Armagh*, ed. 2 (Armagh, 1854), p. 112. E quattuor codicibus J. H. TODD, op. c. p. 172-83; catalogi exordia vulgavit iterum J. F. SHEARMAN, *Loca Patri- ciana*, p. 474-75. Tres catalogos recudit Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 542-48 et p. 548, annot. 1. E codice Oxoniensi iterum, K. MEYER, *The Laud Synchronisms*, in *Zeitschrift für celtische Philologie*, t. IX (1913), pp. 478-79, 481-82. Tandem criticam editionem ope quattuor codicium, adiecta lata disquisitione, praebent H. J. LAWLER et R. I. BEST, *The Ancient List of the Coarbs of Patrick*, in *Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXV, C F (1919), p. 316-62. Hac utimur, uti potuimus, recogniti; perspeximus enim et in ipso textu et in illa quae sequitur diatribe nonnulla esse parum diligenter descripta. — (7) In annorum numero computando hic summa constantia esse erratum a doctis illis viris, et quam ob causam erratum esse videretur, iam supra advertimus, n. 21. — (8) Omittimus tertium illum Patricium quem unus codex memorat post Iarlaithicum; hic enim Patricii nomen in archetypo lectum esse non videtur. — (9) Wm. REEVES, *Ecclesiastical Antiquities of Down, Connor, and Dromore* (Dublin, 1847), p. 128. — (10) J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 117. — (11) Non est cur in re tam perspecta multos testes citemus. Cf. J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 342-43; C. PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xxv, n. 2 et p. xxx, n. 6. Contraria sententiam tuerit inter recentiores Patricius Card. MORAN, in *The Irish Theological Quarterly*, t. II (1907), p. 173-75. Cur Senior ille Patricius creditus sit e vita excessisse an. 457, nemo, quem meminerimus, edisserere conatus est praeter eruditum et sollerterum virum H. d'ARBOIS DE JUBAINVILLE, *Saint Patrice et Sen Patric*, in *Revue Celtique*, t. IX (1888), p. 111-12; quod opusculum fugisse videtur vel diligenter indagatores Patricianae chronologiae. Adverte nondum notum esse eruditio viro H. d'Arbois de Jubainville locum ex *Annalibus Ultiorientibus* editum a W. M. HENNESSY. In tractatu *Do jhlaitheasib 7 Amseraib hErenn tar nomina*

### § V. S. Benignus Ardmachae D episcopus. De cultu eius apud Glastonienses.

In catalogo  
successorum  
Patricii

77. Iam saepius legimus S. Benignum dictum esse successorem Patricii. Age vero videamus quomodo historice id probari possit. Codices quatuor in nostram aetatem servarunt catalogum successorum S. Patricii in Ardmachana ecclesia regenda (6). Hunc, qualiter habemus, inter an. 1020 et an. 1049 excerptum fuisse e diptychis Ardmachanis ostenderunt viri docti H. J. LAWLER et R. I. BEST non levibus freli argumentis. Qui si recte iudicarunt, sola episcoporum nomina e diptychis excepta sunt; cetera autem quae nominibus sunt adiecta, in prima quidem parte (quae una ad rem nostram pertinet) ex Annalibus fluxisse, evictum est ab iisdem H. J. Lawler et R. I. Best (7). Sed in catalogo fontibus exquirendis ulterius etiam progredi licet: ipsa enim episcoporum nomina ex Annalibus desumpta esse perspicuum est, ita ut in hac re aut catalogus, aut perdita illa diptycha, aut si quis alius catalogi fons fuit, pro novo ingenuoque teste haberri non possint. Quod sic probatur. Duorum episcoporum nomina sunt catalogo perperam inserita, Secundini et Senioris Patricii, qui certe in genuinis diptychis numquam locum habuerunt; neuter enim sedem Ardmachanam obtinuit (8). Nam Secundinus non Ardmachae episcopus fuit, sed loci qui olim dicebatur Donnaesacheling (9), nunc Dunshaughlin (10), id est Domnach Sechnaill, latine Ecclesia Secundini. Senior autem Patricius inter eruditorum figura amandandus est (11). Iam vero unde haec

A nomina in catalogum decessorum S. Patricii irrep-  
sissent digito monstravit I. B. Bury (1) : fuere  
enim antiqui chronologici tractatus (2) qui sae-  
culo quinto praeter emortuales annos illustrum  
virorum paucos referrent; verum ante annum 526  
omnes, qui memorantur, clerici abbates fuerunt  
Ardmachae, exceptis illis ipsis de quo nobis ser-  
mo est, SS. Secundino et Patricio Seniore. Inde  
patet quam facili errore potuerint illi duo in  
catalogo esse inserti, inter S. Patricii successo-  
res (3).

Benigni  
nomen  
illatum

78. Hactenus de episcoporum serie. Iam vero  
singulis nominibus subiunctus est numerus anno-  
rum quibus quisque episcopus sederit. Hae  
quoque temporum notae ex Ulloniensibus aliis  
Annalibus fluxisse putandae sunt, sed flexuoso  
meatu quem investigare longum est et ad praesen-  
tem quaestionem parum necessarium. Etenim  
cum Annalibus certe concordat numerus decem  
annorum qui Benigno tribuuntur.

ex Annali-  
bus hiber-  
nicis,

79. Quibus omnibus e rebus efficitur ut cata-  
logus, hoc saltem loco et neglectis variis notulis  
postmodum adiectis, quae ad rem nostram non  
spectant, minime habendus sit pro teste diverso  
ab Annalibus: nam et nomina et annorum numero  
mutuatus est catalogi compositor, aut ex  
Annalibus Ulloniensibus (vel quales habemus, vel  
quales erant antequam omissis an. 486, ratio tem-  
porum in iis vitiata est), aut ex ipso Annalium  
fonte, aut ex opere illis finitimo. Igitur, quod  
feratur Benignus episcopus Ardmachanus fuisse  
annos decem, nullo alio fundamento nittitur prae-  
ter rationem duciam a quadam computatore, qui  
noverat obiisse anno 467 S. Benignum, anno au-  
tem 457 Patricium Senorem, cui suffictum esse  
Benignum persuasum habebat. Quae cum ita sint  
nihil obstat quominus, fabulis istis amandatis,  
credatur S. Benignus excepsisse S. Patricium de-  
functum d. 17 martii an. 461, et ipse esse ex-  
ceptus a S. Iarlaitho postquam ad beatam im-  
mortalitatem migravit d. 9 novembris an. 467 (4).

C creitum, quem saepius iam attulimus, memoriae  
mandatum est: « Laegaire mac Néill XXX annos  
regnum Hiberniae post adventum Patricii te-  
nuit. » Si numero 432 (quo S. Patricius ad Hiber-  
niam appulisse credebat) addideris 30, fiunt  
462. Age vero (memor illius quod Tirechanus  
scribit, duobus vel quinque annis regnasse Lae-  
gaireum post mortem Patricii), subduce 5, fiunt  
457. Haec H. d'Arbois de Jubainville. Sed  
numquid hic ut saepe alias errare potuerunt chrono-  
logi qui Dóminicæ passionis annos computant  
ali ab anno qui nobis est 28, ali ab anno 32; ali  
ab anno 29, ali ab anno 33. Inde fortasse  
annus 461, quo vera mortuus est S. Patricius,  
cum anno 457 confusus est, quattuor annorum  
errore irrepte. Adverte anno 457 in Annalibus  
Cambriae (de quibus supra, num. 18), haec haberi:  
« Sanctus Patricius ad Dominum migratur. » Sed huius universi negotiorum dictorium esto  
iudicium. — (1) *Supplementary Notes on Tire-  
chán's Memoir of St. Patrick, in English His-  
torical Review*, t. XVII (1902), p. 701-702. —  
(2) Qualis ille est *Do fhláthesab* cet. quem nunc  
maxime adduximus. — (3) Ardmachae certe com-  
positus fuit tractatus *Do fhláthesab* cet. in quo  
fere soli Ardmachani praesules, uti iam diximus,  
memorantur, et S. Iarlaitho appellatur « tertius  
episcopus a nullo loci nomine adiecto; S. Iarlaitho  
fuisse unum e successoribus D. Patricii  
aliunde certum est. Quae cum ita sint, ubi codex  
habet « Quies Benigni fili episcopi », legendum  
videtur « Quies Benigni secundi episcopi », qua-  
de re supra, n. 20. Quod autem *Annales Ullo-*

*Cui sententiae summa concordia consentiunt an-* D  
*tiqua documenta de S. Patricio, quae solum Be-*  
*nignum appellant Patricii successorem.*

80. Sed et aetas, qua catalogus conscriptus est, *vergente*  
*definiri potest hoc modo. Et catalogum e sacris* saec. VIII.  
*diplychis ortum esse (5) et ipsa diplycha aut ex*  
*Annalibus aut ex ipsorum Annalium fontibus*  
*fluxisse vidimus. Fieri igitur potuit at initio aut*  
*diplycha ex Annalibus essent composita (quod par-*  
*rum veri simile est), aut diplycha casu interempta*  
*ex Annalibus essent restaurata; hoc proprius a*  
*vero abesse censem est. Elenim ostendunt H. J.*  
*Lawlor et R. I. Best (6) catalogum cum Annalibus*  
*mirum in modum consentire usque ad nomen*  
*Fer dā Chrich, qui obiisse traditur anno 768 (7).*  
*Verum notatu dignum est tempore decessoris huius*  
*Fer dā Chrich, nomine Cú Dinisc, Ardmacham*  
*bis esse incensam (8) et sub Dub dā Lethe (ut vi-*  
*detur), ipsius Cú Dinisc decessore, direptam (9).*  
*Celerum totum illud tempus in iis partibus fuit*  
*calamitosum et grave, ut ex historiarum monu-*  
*mentis patet, dum in ipsa civitate Ardmachana* E  
*res inter abbes ferro agitur (10). Hae animū*  
*inclinare possunt ut credamus diplycha tunc pes-*  
*sundata et refecta (11). Verum quamvis perspi-*  
*cua esse videantur argumenta quibus, ut res fere-*  
*bat, id ostendimus, adicere licet unum, brevius li-*  
*cet, at jorsilan maioris etiam momenti. Quippe ex*  
*eruditis disquisitionibus cl. v. E. MacNeill (12)*  
*luculentor demonstratum est antiqua documenta*  
*quae in codice Oxoniensi asservantur non multos*  
*ante annos primum esse collecta.*

81. Superest ut rationem reddamus capituli 20  
Vitae Gadelicæ S. Benigni. Sic latine sonat: F  
Vixit autem Benignus annos tres supra centum,  
ut ex Annalibus colligitur. Octavum enim annum  
agebat cum ductus est ad Patricium qui tunc  
primum ad litus appulerat. Patricius autem Hi-  
bernos baptizavit instituitque annos sexaginta.  
Deinde Seachnallus heres fuit Patricii annos se-  
decim; tum Seachonán-us (13) annos decem (is

Vitiosa  
Benigni  
chronotaxis  
in  
Vita  
Gadelica

nienses habent: « Quies Benigni episcopi » nostra  
sententia sic contigit. Cum in exemplari scrip-  
tum esset aliquid lectu difficile, alter librarius  
suspiciosas litteras omisit, alter excrispsit audac-  
ter et ingenuo quod persperaverat, minime curans  
utrum sententia conveniret, an secus; immo  
vero ne id quidem curavit ut ea quae scriberet  
quidquam significarent. Ceterum in Annalibus  
ductum esse S. Benignum pro secundo episcopo  
Ardmachano recte perspererunt LAWLOR and  
BEST, op. c., p. 338-39. — (4) Cf. J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 319. — (5) Catalogum e  
diplychis esse ortum, satis probabiliter ab Law-  
lor et Best suaderi iam notavimus; atta-  
men, nostro quidem iudicio, nondum evictum  
est. Sed utcumque se res habet, ad summam  
argumenti nostri parum refert. — (6) Op. c.,  
p. 336-37. — (7) *Annales Ullonienses*, an. 767  
(recte 768), t. c., p. 234. — (8) Ibid., an. 774 (recte  
775) et 782 (recte 783), t. c., pp. 242, 256. —  
(9) Ibid., an. 792 (recte 793), t. c., p. 272. — (10) Cf.  
LAWLOR and BEST, op. c., p. 344 sqq. — (11) Fa-  
cile tamen accidere potuit ut in tot Ardmachae  
incendiis et excidiis diplycha casu perirent.  
Quod si reapse contigit, pars antiquior (ad no-  
men Fer dā Chrich usque) ex Annalibus refi-  
cienda deinde fuit; recentior autem aut memoria  
est adiecta, aut aliis fontibus qua rerum nu-  
per gestarum tantum narrationem complecten-  
tur. — (12) *Reconstruction and Date of the*  
*Laud Synchronisms*, in *Zeitschrift für celtische*  
*Philologie*, t. X (1914), p. 81-96. — (13) Seachonán  
(seu Sen-Chonán, id est latine Senior  
enim.

A enim Seachnallum exceptit; postea Benignus heres fuit Patricii annos decem. Qui fiunt anni centum et tres. *Patet quo pacto numerosos in mirificam illam aetalem congesserit scriptor ingenuus.* S. Benignus, tum cum primum in D. Patricii disciplinam a parentibus traditus est, septimum annum compluisse, iam ostendimus cur facile creditus esset (1). *Profecto id statim accidisse postquam D. Patricius ad Hiberniam appulit, non constat, sed de uno duobus annis tragediam mouere nolumus.* D. Patricium sexaginta annos in Hibernia fuisse, falsum est sed antiquum et vulgatum. Mortuo S. Patricio successisse censebatur S. Seachnallus (*idem qui latine S. Secundinus*); hunc annos tredecim episcopum fuisse tradunt plerique codices catalogi: legisse videtur scriptor *Vitae Gadelicæ sedecim (xvi) pro tredecim (xiii).* Ceteri numeri cum catalogo concordant, et fiunt omnes tres supra centum.

*Summa-  
rium chro-  
nologicum.*

*Glastoniae  
obiisse  
Benignum  
Ardmacha-  
num*

82. Ut igitur summatis hic repetamus quae progrediente hoc commentario de chronotaxi vitae S. Benigni disserimus, videtur is septennis fere fuisse an. 433 (2), D. Patricio defuncto successisse post d. 17 martii an. 461 (3), obiisse d. 9 novembris 467 (4), annos natus circiter quadraginta.

C 83. Cum ipsum S. Benigni magistrum, D. Patricium, Glastonia vitam explevisse Glastonienses mendaciis non parcentes asseruerint, S. Benigni quoque nomen in praecleara illa falsorum corruptorumque scriptorum ac monumentorum officina nonnumquam esse usurpatum nemo profecto mirabitur qui in celeberrimi monasterii moribus non plane peregrinus sit. Quo tempore ibi S. Patricii memoria indici copta sit, a praesenti quaestione alienum est, neque in eiusmodi ineptis redarguendis atque refellendis tempus est terendum. Breveiter videamus quae de S. Benigno commentari sint Glastonienses. *Libellus de locis ubi quiescunt sancti Angliae, in partibus Orientalium Saxonum circiter millesimum annum a Christo nato compositus, de Glastonia haec habet, nulla expressa mentione S. Benigni: Beatus igitur Aidanus sanctus que Patricius et alii plures cum eis requiescunt in loco qui dicitur Gleestingabyrig (5).*

84. *Willemus Malmesburiensis monachus in altero libro de Gestis pontificum Angliae, § 91,*

*ubi de Glastoniensi coenobio et sanctis quorum reliquiae ibi asservari feruntur: Predicatur ibi, inquit, Benignus confessor, qui non longe hinc anchorita fuerit, praeculisque miraculis vicinos monachos ad sui venerationem et translationem excitaverit (6). Idem in Gestis regum Anglorum (7): Successit Patricio in abbatis regimine Benignus, sed quot annis incertum. Quis autem fuerit et quomodo patria lingua dictus, non infacete versus exprimunt qui in epitaphio apud Ferramere scripti fuerunt:*

*Willemo  
Malmes-  
buriensi  
nimis  
fidentes*

Hoc patris in lapide Beonae sunt ossa locata,  
Qui pater extiterat monachorum hic tempore  
[prisco :  
Hunc fore Patricii quandam fortasse ministrum  
Fantur Hibernigenae, et Beonnam de nomine  
[dicunt.

Is quantae apud Deum gratiae fuerit et sit, et veteris quandam vitae et novae in maiorem ecclesiam translationis praeconantur magnalia. *Principis huius testimonii verbis respondent eiusdem praecleari historiographi dicta in libro de Antiquitate Glastoniensis Ecclesiae, in cuius prologo se miracula venerabilis Benigni pridem conscripsisse memorat (8): Anno Domini 460, sanctus Benignus venit Glastoniā. Hic discipulus sancti Patricii et successor in episcopatu eius tertius in Hibernia fuit, quemadmodum eorum gesta testantur. Hic igitur angelo monente patriam pontificiique dignitatem deserens, voluntaria peregrinatione suscepta, Glastoniā Deo duce perenit, ubi et sanctum Patricium invenit. Quantas autem apud Deum gratiae fuere, multis patet virtutum indicieis. Hoc etiam testantur eius insignia apud Fernigemere, data eius precibus aqua largissima et ex eius baculo arido ingens arbor virens (9) et frondifera. Hic itaque post immenses yones in dicta insula beato fine quievit ac post multorum curricula annorum, id est anno Domini millesimo nonagesimo primo (10), Glastoniā honorifice translatus est (11).*

85. *Et de istis quidem nugis hactenus. Operae multi prelum non est recensere quid habeant de hoc argumento scriptores Willemo recentiores: adeo inter se varias sententias dixerunt, adeo parum rebus*

Conán) ille quis fuerit nusquam repperimus. Censemus errorem esse vel librarii, vel scriptoris, vel auctoris quem scriptor habuerit, pro Sen-Patráic (is est Senior ille Patricius); vix enim aliud esse potuit, consentientibus in eo nomine et Annalibus et omnibus fere Catalogi codicibus. Accedit quod idem numerus annorum huic Seanchonán ascribitur qui Patricio Seniori summo consensu tributus est. Haec sententia COLGANI, *Trias Thaumaturga*, p. 293, col. 1, anno 457. — (1) Supra, num. 17. — (2) Supra, *Ibid.* — (3) Supra, num. 23-25. — (4) Supra, num. 18-22. — (5) F. LIEBERMANN, *Die Heiligen Englands Angelsächsisch und Lateinisch* (Hannover, 1889), p. 18, n. 37. Latinis verbis quae attulimus consentit ultraquæ versio anglosaxonica. — (6) WILLEMI MALMESBURIENSIS monachi *De Gestis Pontificum Anglorum libri quinque*, ed. N. E. S. A. HAMILTON (London, 1870), p. 198 (= *Rolls Series*, No. 52). — (7) Lib. I, § 24. WILLEMI MALMESBURIENSIS monachi *De Gestis Regum Anglorum libri quinque, Historiae Novellae libri tres*, ed. W. STUBBS, t. I (London, 1887), p. 27 (= *Rolls Series*, No. 90). De Glastoniensis Willemi scriptis adhuc quae eruditæ fuseque scriptis W. W. NEWELL, *William of Malmesbury on Novembris Tomus IV.*

*the Antiquity of Glastonbury*, in *Publications of the Modern Languages Association of America*, t. XVIII (1903), p. 459-512. Idem argumentum postea eodem titulo tractavit J. A. ROBINSON, *Somerset Historical Essays* (London, 1921), p. 1-25. De Wilhelmi fontibus hic curandum nobis non est. — (8) P. L., t. CLXXIX, col. 1682. — (9) wreus edit. — (10) nongentesimo primo edit. Errorem in numeris irrepsisse patet, tum ex aliis scriptorum monumentis, quae mox afferimus, tum ex ipsis Malmesburiensis verbis, t. c., col. 1729, ubi de Turstino abate, qui includit coenobium rexit vergente saec. XI: « Ad gloriam same temporum Turstini pertinet beatissimi Benigni translatio, quam virtutibus non incelebrem alias stylus noster expedit. » — (11) T. c., col. 1691. Adverte paulo post, col. 1694, inter reliquias quae Glastoniae asserabantur memorari « ossa S. Benigni martyris ». Post etiam, col. 1701, verba eadem ferme refert quibus in *Gestis Regum* usus est: « Successit sanctus Benignus; quis autem hic fuerit et quomodo patria lingua dictus, non infacete exprimunt versus qui in epitaphio sepulcri eius apud Ferremere scripti sunt: « Hoc patris in tumulo » cet.

A factisque innixas, dum praeter ea quae attulimus nihil omnino norunt et figmenta illa componere student cum iis quae ferunt hiberni scriptores de variis sanctis Benignis (1). Nobis si ad coniecturam configere licet, facilius crediderimus Beon quandam eremitam, Hibernia forsitan ortum (nomen enim non adeo insolitum est, sed a Benigno proorsus alienum), haud procil Glastonie pie sancteque paxisse, in loco dicto Feringmere, ibique humo esse conditum, nullo epitaphio praeter nomen tumulo inscripto. Fausta fortuna illius corpus repererunt Glastonienses monachi tum cum fabulae de S. Patricio Glastoniensi abate iam increbrius. Quod si ita contigit vix cavere potuerunt Beon illum Benignum Ardmachanum fuisse ne crederent. Itaque epitaphium conscriperunt quod novimus. Cetera quae apud Malmesburensem leguntur unde hausta sint, non perspicimus: projecto Glastoniae ea auditiv Glastoniaeque litteris commisit. Et Iohannes Timmuthensis (cuius opuscolum recudimus) e Glastoniensis monum-  
B mentis videtur collegisse omnia quae refert de S. Benigno; etenim Glastoniam advisse Iohannem cum silvam rerum conquereret ad compo-  
nendum Sanctilogium anglicum etiam aliunde

certum est (2). Timmuthensem narrationem auto- rem adhibuit scriptor Vitae Anglicae de quo iam diximus (3).

86. Vitam finisse S. Benignum in Feringmere Apud Glas- tertio nonas novembres tradit unus Timmuthensis. Translationis memoriam repperimus indictam d. 27 iunii in martyrologio inedito monasterii de Syon prope Londinium cuius haec sunt verba: Apud glasconiam: translacio sancti benigni confessoris (4). Inde perperam lecto nomine excepti Ricardus Whytford in martyrologium suum angelicum: At glasenbury the translacion of saynt Benmonus a confessour (5). Recete tamen eodem die inter additamenta: The feest also of saynt Benigne a confessour. Videtur hic latere error in die: nam d. 28 iunii in nonnullis Usuardi exemplis legitur memoria S. Benigni martyris cuius reliquiae Ultraiecti asservabantur; meminimus autem et Glastoniae habitas esse reliquias S. Benigni martyris (6). In duobus martyrologiis legitimis S. Benigni memoriam recoli Glastoniae d. 31 octobris, in Altempiano et in Norwicensi quodam, Altempiano illi vicino (7). Ceterum Glastoniae festum agi d. 9 novembris habet Ricardus Challoner, incertum auctorem securus (8).

(1) Cf. COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 176, col. 2, p. 177-78; USSERIUS, *Britannicarum Ecclesiarum Antiquitates*, ed. 2 (London, 1687), p. 454-56; R. CHALLONER, *A Memorial of Ancient British Piety or a British Martyrology*, p. 156; A. P. FORBES, in *Dictionary of Christian Biography*, t. I, p. 312. — (2) Ad Timmuthensis locum in Vita S. Patricii, *Nova Legenda Anglie*, ed. C. HORSTMAN, t. II, p. 279. Haec doce advertorat J. B. BURY, *A Life of St. Patrick*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XXXII, C (1903), p. 224. Adverte sententiam quae habetur in eadem Vita S. Patricii, *Nova Legenda Anglie*, t. c., p. 290: «Et secundum opinionem modernorum S. Patricius

et S. Benignus discipulus suus facient in uno scrip-  
tio ex australi parte summi altaris in Glastonia», minime a Iohanne Timmuthensi duxisse originem, sed tunc esse additam cum opus prelo paratum est (cf. op. c. t. I, p. xviii). — (3) Supra, num. 10-11. — (4) *The Martiloge in Englysshe* after the use of the chirche of Salisbury and as it is redde in Syon with addicions. Printed by Wynkyn de Worde in 1526. Ed. F. PROCTER and E. S. DEWICK (London, 1893), p. 221 (=Henry Bradshaw Society, vol. III). — (5) Ibid., p. 101. — (6) Supra, p. 169, annot. 10. — (7) R. STANTON, *A Menology of England and Wales* (London, 1887), p. 660. — (8) *A Memorial of Ancient British Piety*, p. 156.

## I. S. BENIGNI VITA GADELICA

C

*Edita e codice bibl. Regiae Bruxellensis 4190-4200, cum nova interpretatione latina.  
Cf. Comm. praev. num. 4-7.*

F

*Exordium.*  
Cf. Matth. 10, 22; 24, 13.

1. Qui perseveraverit ad finem salvus erit. Inti feidhlighfes ina shuáilcibh<sup>1</sup> o tiefha dochum choirech co crích a báis, is e bá<> slán, ocsus bas mor-focraic on Choimdhé. Sochaidhe tra do noebhaibh 7 do fhirenaibh in Coimdhé, eter fettarlaicc ocsus nífhiaidhnaisi, ro chomhall- sat na briathra sa in Choimdhé tria ghnínd fáthá, feibh ro comhail intí dia tá lith 7 foraithe- mett i ndeamaing na ree si 7 na haimsíre, id est sanctus Benignus episcopus, heres Patricii, i. naemh Beineon ard-epscop Erend ocsus ard-comharba Patraicc eter Erend 7 Albain. Is ann immorro indister ni dia ghenelach collaídhe indi

VITA BENIGNI DISCIPULI PATRICII.

1. Qui perseveraverit (1) ad finem salvus erit. Qui perseveraverit in virtutibus ex quo primum ad probitatem se recepit usque ad finem vitae sua, hic salvus erit, magnumque praemium consequetur a Domino. Plurimi quidem, et antiqui et novi foederis tempore, sancti Domini iustique homines verba illa sunt exsecuti, quae Dominus per os prophetæ locutus est, — sicut ille explevit eius festum et commemoratione hoc anni tempore recurrente agitur, *id est sanctus Benignus episcopus heres Patricii* (2), seu S. Benignus archiepiscopus Hiberniae et praecipuus Patricii heres (3) tum in Hibernia, tum in Al-

1. —<sup>1</sup> prius scriptum in shuáilcibh.

(1) Hoc totum capitulum locis communibus esse contextum notavimus, Comm. praev. num. 7. — (2) Haec latine inserta gadelicae sententiae, quae ideo italicis litteris expressimus; hoc se-

mel monuisse sufficiet. — (3) De S. Benigno in Ardmachana sede successore S. Patricii, vid. Comm. praev. num. 77-82; hoc enim nomen gadelicum *ard-chomharba*, «archi-successor, su- noebh

A noebh Beneoin i. dia fertaibh 7 dia mirbhaillibh, ind eccaisibh na críostaide, i. hi quint id novembri arai laithe mis grene, i. an tres la ria feil Martain, i. arai laithe sechtmaine isin m bliadhain i tam... (2).

**2.** Benen immorro mac Sescnen meic Céin meic Oiliolla Oluim i. mac righ Caisil 7 úa righ Erend<sup>1</sup>. A mháthair<sup>2</sup> (i. Sodhelbh) immorro inghen Catháir Moir meic Feidhlimthe Fir-Urgais meic Cormaile Gelta Goeth meic Niadh Corb meic Concubair Abhratráidh meic Find Filedh meic Rosa Ruaidh meic Ferccusa Fairrge meic Núadhat Necht meic Séttna Sithbaic meic Lughdach Loithfind meic Bresail Bric, ica comraicit Laigin 7 Osraighe.

**3.** Tadec immorro mac Cein as lais ro hoiledh Beneon corbo ham tabarta dochum leigind *occus* ri Fer mBregh eisidhe an tan sin i. brathair athar Bhenéon (i. Séisgnen mac Cein 7 Tadg mac Céin). *Ocus* is ó Thadec ruccadh Benón an tan sin co hInis Patraicc, eo dū irraibhe Patraicc an tan sin, da thabhairt fa laimh *espuaic ocus* do dhenamh leighinn, *occus* is ann san inis sin tainic Benén ar túis i muinteru Patraicc. Ro cottail Patraicc iarumh eter a muintir 7 an fogheibedh an gille do scocthaibh boladhmráibh do bheireadh i mbrollach an chlerich. Atribhratr munter Patraicc fri Benén : « Na déine sin, » ar iett, « arna ro duisce in clerch. » Is ann aitruibh Patraicc : « Na taírmis<sup>1</sup> imme in ni dogni. In mac assa erbaid, ar Patraicc, bidh comharba damhsa, » amhail ro comhallaadh iartain. Seachl m bliadhna immorro roptar slana do Bhenen an tan sin.

**4.** Fecht do Benen 7 do Patraicc ind Ard Macha 7 Benen ina samcetlaidh ann; carais immorro ingen Daire (i. meic Finnechada meic Eoghain meic Niallain<sup>1</sup>) indi Benen, ar ropa bind le a ghuth occond erlegenn. Do rala galar fuirre co mbo marbh de. Bert Benen cretra di ó Phatraicc et surrexit contestim viva et postea spi-

bania. Hoc igitur mensis solaris die, quinto idus novembri (1), triduo ante S. Martini festum, quae hoc anno hebdomadis est feria ... (2), solleme est in sacris christianorum aedibus aliquid narrare de generatione S. Benigni secundum carnem deque signis et miraculis quae patravit.

**2.** Erat autem Benignus filius Seiscnáeni (3), qui fuit Ciani, qui fuit Ailiill Ólom (*aure multati*) (4). Hic autem fuit filius regis Casselensis, nepos vero regis Hiberniae. Mater autem Benigni, Soidhealbh nomine, filia erat Cathaoiri Mór, qui fuit filius Feidhlimidhi Ferurglass (*candi?*), qui fuit Cormaci Gelta Gaoth (...?), qui fuit Nia-i Corb (...?), qui fuit Conchobhári Abhradhruidh (*rufi supercilii*), qui fuit Fionn-i Filé (*poetae*), qui fuit Rossa-i Ruadhl (*rufi*), qui fuit Fearghus Fairrge (*maritimi*), qui fuit Nuadha-i Neacht (...?), qui fuit Séadna-i Siobhac (*arcenit pacem*), qui fuit Lughaidh Leithfionn (*barba cana*), qui fuit Breasali Breac (*variegati*). a quo ducitur prosapia pariter et Lagenensem et Osrigensem (5).

**3.** Educatus est vero Benignus a Tadhg-o filio Ciani (6) domec advenit tempus quo ad studia applicandus fuit. (Erat ille Tadhg eo tempore rex Bregiensium (7) et patruus Benigni; nempe et Seiscnáen et Tadhg eodem patre nati erant Ciano). A Tadhgo quidem ductus est Benignus in Insulam Patricii (8), ubi tunc erat Patricius, ut confirmationis sacramento roboraret seque applicaret ad studia. Ea igitur est insula in qua primum admissus est Benignus in comitatum Patricii. Deinde obdormivit Patricius in suorum comitatu, puerulus autem Benignus quantum de floribus suavis odoris invenire poterat solebat ferre in sinum Patricii. Dixerunt Benigno qui cum Patricio erant : « Cave ne feceris, ne eum excites e somno. » At Patricius : « Ne illum, » inquit, « prohibueritis agere quod agit. Erit puer, cuius tantum in me est studium, heres meus. » Quod postea verum evasit. Compleverat autem tum Benignus annum septimum (9).

**4.** Quodam tempore (10), cum essent Benignus et Patricius Ardmachae (erat Benignus tunc psalmista), adamavit Benignum filia Dairei (filii Fionnchadhi, qui fuit Eoghan, qui fuit Niall): huic enim, dum legit, vox eius iucunda videbatur. Incidit puella in aliquem morbum quo absumpta est. Attulit ad eam Benignus

VITA  
GADELICA.

*Benigni  
prosapia.*

*Benignus  
primum  
avunculo,  
mox  
Patricio  
educandus  
traditur.*

*S. Ercana-  
tae  
virginis  
immatu-  
rus  
affactus.*

<sup>2.</sup> — <sup>1</sup> Nota in marg. ead. man. ut videtur. —

<sup>2</sup> (a. m.) add. in marg. ead. man.

<sup>3.</sup> — <sup>1</sup> litt. g post adiecta.

premum seu amplissimus successor » Patricii, significat Ardmachanum primatem. Albania autem dicitur in domesticis Hibernorum scriptis Scotia illa minor ad septentrionem Angliae sita, quae nunc Scotia vulgo nuncupatur; ideo utimur voce Albania quod non adeo perspicuum est quoque patuerit ad meridiem illa regio (gadelice Albu). — (1) De festo die S. Benigni, vid. Comm. praev. num. 22, 86. — (2) Hic quotannis pronuntiandus erat dies hebdomadis in quem festum S. Benigni incidebat. — (3) De prosapia Benigni, vid. Comm. praev. num. 13-16. Nomina omnia nobis enucleanda non duximus. — (4) Cognomina gadelica, quantum potius, italicis litteris inter uncinos interpretati sumus. — (5) La-

genenses et Osrigenses, populi quorum regiones anglie dicuntur Leinster et Ossory. — (6) Vid. Comm. praev. num. 26-34. Capituli interpretationem, seu potius paraphrasim, reperies ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 203, col. 1, qui crassum scriptoris errorem de Tadhgo patruo Benigni silentio obruit. — (7) De patruo illo S. Benigni, qui fertur, Comm. praev. num. 14. Bregiensium campus patet in partibus septentrionalibus comitatus Dublin et partibus australibus comitatus Meath. — (8) Adhuc anglie dictam *St. Patrick's Island, at Skerries, County Dublin*. — (9) De aetate S. Benigni, Comm. praev. num. 17, 82. — (10) Comm. praev. num. 45-48.

-ritualiter

VITA  
GADELICA

ritualiter dilexit eum. Ipsa est Ercnat<sup>2</sup> inghen  
Dáre fil i Tamhlachta Bó. Ro morad dano ainm  
Benein 7 Patraicc triásin firt sin.

Benignus  
in  
partibus  
Ross.

**5.** Is e Benen immorro ro baist Firu Roiss 7  
is dó ro slechtsat feraibh macaibh mnáibh 7 is  
e ro crích a feranna, amhail atbert Patraicc :

« Bendacht for<sup>1</sup> Firu Culi. »  
« Fo lem, cia taidhlet Mede, »  
ar Benen. Ocus  
« For Firu Roiss cen terbud, »  
ar Patraicc.  
« Ó tá lereca co ILere »

(i. Laind Leire<sup>2</sup>), ar Benen. Ocus iss edh sin  
coimhettar<sup>3</sup> bós 7 dliicidh Benen morcuaírt  
dibh.

Benigni  
ordalia.

**6.** Is e Benen ro cuiredh isin tech tenedh hi  
Temraigh ocus tonach an druadh imbi. Crin  
immorro an leth don tigh in ro saidheth Benen.  
Úr immorro an leth don tigh in ro cuiredh Luchat  
Mael 7 casal Patraicc imme. Tunc Patricius  
cecinit<sup>1</sup>:

Luchat Mael i naghaidh Beneón  
i tech tenedh.  
Benen anall,  
Luchat Mael thall, fo deiredh.  
  
Is e mo dalta blaith Benen,  
miadu go nglaine.  
Is me ronalt,  
is he mo mae gaire.  
  
Is é as tocha lim ar talmain,  
is e m' himmain,  
— fir a napraim —  
is é bís accam im imdaigh.  
  
Is e dhéorghus damh mo leabaidh ;  
cen cob socair  
mo taebh re húir,  
ní chottlaim ar cluimh ná ar colcaigh.

C

<sup>2</sup> Sancta Ercnata Virgo in marg. corr.  
5. —<sup>1</sup> (Bendacht for) sup. lin. corr.; in marg.  
autem hoc loco prima man. littera r, pro rann

(1) Cf. supra, p.158, annot.14.— (2) Fir Roiss (homines de Ross) gens et regio in partibus quae nunc anglice dicuntur Barony of Farney (County Monaghan) et Barony of Ardee (County Louth), et partim in comitatu Meath.— (3) I. e. de genu eum dominum salutarunt. — (4) Tetraschichon mutuatus esse videtur scriptor Vitae Gadeficae et Tripartita. Haec apud Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 184 : Bennacht for Firu Culi : | fó lem cia della meithe, | for Firu Ross cen derba | otha Lerga cu Leire. Quae sic dubitanter vertit vir eruditus : « A blessing on Fir Cúle. I am pleased though... On Fir Ross without... from Lerga to Leire. » Tetraschichon non ignorasse videtur COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 151, col. 2, sed pro sua prudentia maluit edere paraphrasim intricati loci quam interpretari. At in Tripartita hoc loco non comparet Benignus; S. Patricius eas gentes ad Christi fidem adduxisse fertur, S. Patricio versus tribuuntur, nullo ficto dialogo inter Patricium et Benignum. Fir Cúli, nomen gentis eiusdem quae alias Úi Seagain, cuius sedes fuisse videtur-haud procul Ardbracca (Barony Lower Navan, County Meath). — (5) Mede, forsitan nomen loci. Sed sen-

lustarem aquam (1) a Patricio, et surrexit confes- D  
tim viva et postea spiritualiter dilexit eum. Ipsa  
est Ercnat filia Dairei, quae in Tamhlachta Bo  
quiescit. Quo ex prodigio amplificata est fama  
Benigni et Patricii.

**5.** Baptizavit Benignus homines de Ross (2),  
ipsique genu flexerunt viri, juvenes, mulieres (3);  
idem etiam agros eorum discripsit, ut dixit Pa-  
tricius :

« Benedictio super homines de Cúli (4). »  
« Hoc ego probo, etiamsi eis placeat Me-  
ait Benignus. Et [de (5),]  
« Super homines de Ross sine separa-  
tum Patricius. [tione,]  
« Ex iis partibus quae montuosae sunt ad  
[Lére (6),]  
(i.e. Lann Léire), ait Benignus. Quod etiam  
nunc servatur, habetque Benignus ius maioris  
visitacionis in iis partibus (7).

**6.** Benignus statutus est in domo ignea (8)  
Temoriae, indutus tunica druidae. Erat autem de  
materia arida pars domus in qua constitutus est  
Benignus; de materia cruda vero pars altera, in  
qua statutus est Lughaidh Maol (*calvus seu tonsus*)  
indutus casula Patricii. Tunc Patricius cecinit :

Lughaidh Maol adversus Benignum  
in domo ignea;  
Benignus hinc,  
Lughaidh illinc, in fine (9).  
  
Benignus est suavis meus alumnus,  
honoratus, purus.  
Ego illum educavi,  
Ille mihi est filius pius.  
  
Ille est quem in terra diligo maxime,  
ille est mihi carissimus,  
— vera dico —  
ille mecum esse solet in lecto (10).  
  
Ille mihi meum lectum sternit;  
etsi dolet  
latus meum humi,  
non dormio in plumis aut pulvinaribus (11). F

(id est carmen). —<sup>2</sup> (i. L. L.) sup. lin. ead. man.  
ut videtur. —<sup>3</sup> sic cod.

6. —<sup>1</sup> Patricius cecenit cod.; in marg. litt. rr.

tentia adeo est obscura ut quicquam definire  
nolimus. — (6) Fortasse vertendum est : a  
loco dicto Lerga ad locum dictum Lére. Lerga  
potuit esse vicus qui nunc anglice Largay (alias  
Red Lion) in Barony Tullyhaw, Co. Cavan. Lére  
seu Lann Leire, nunc Dunleer, ut videtur (Baro-  
ny Ferrard, County Louth); aut forsitan Moy-  
Lary haud procul a Dunleer. Glossema « i.  
Lann Leire » et in exemplari Michaelis O'Clery  
supra lineam scriptum esse credendum est. —  
(7) Ie. S. Benigno eiusque successoribus ius est  
circumire regionem ad vectigalia colligenda. —  
(8) De hoc S. Benigni vivi-comburio, Comm. praev.  
num. 41-44. — (9) Versus una syllaba brevior,  
sed, ut videtur, insanabilis. Adeo saepet referta  
sunt gadefica carmina inanibus verbis ut senti-  
tientia omnino obruator; nos verbum verbo redi-  
dimus, neque expectandum est ut versus istius  
modi explanemus. Huius carminis hoc tantum  
apographon novimus. — (10) Videtur hic sub-  
indicari officium παραπομένων regii, gade-  
liae fer lepta righ, anglice the king's bedfellow;  
de quo PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*,  
t.I, p. civ, annot. 6. — (11) S. Patricius humi  
lapidi incumbens cubitasse passim traditur.

Is

A

Is e teitt romham co solus  
isind oidheche;  
ni ria \* urcra,  
is e m' firfher cumtha coidhche.»

Forcoemhnacair firt mor *tra* ann sin tre er-naigthe Patraice. Ro loiscecdh i leth nûr don taigh 7 in drûi immhedhón na caslae; 7 ni ro mhill a bhecc don chasal. Ni ro loiscecdh im-morro in leth *crín* irraibhe Benen 7 ro anacht Dia Benen i medhon thonaigh an drudh; ro loiscecdh immorro an tonach co nderna luath-dhi. Ro moradh dano aimh Benen 7 Patraice tremit.

7. Docuaidh Patraice iar *ccuairt* a procepta hi Mumain. Is ann sin fuair Cairthend mac Blait senclóinne Toirrdelbaigh hi Saingil 7 ro creitt ann don Coimdhé 7 rombaitse Patraice. Saingil immorro doradh don inud sin i. sain aingeal dheachaidh do accallaimh Patraice in la sin 7 nocan he Victor. Nocha berti immorro clanna do Chairthenn acht michurdi *conicisin*.

B Is annsin rucc ben Cháirthinn pairt cró. Atpert Patraice fri Benen delbh duine do chumma do loss na bacchae hísu isin pairt cró sin 7 a esrit-iudh iartain *co ndiccessd* Patraice hi ccroisfighail; conidh ass sin atractach Eochaidh Baillderce mac Cairthind meic Blait. i. Patraice *ocus* Benen ro cruthaighséid don pairt cró 7 ro bui ball derg coidche ina churp i ccomartha in shírt sin; conidh de sin ro raidedh Eochaidh Baillderce fris. Ro moradh aimh De 7 Patraice 7 Benen tresan firt sin.

8. Dlicchidh Benen morcuairt Ua Tairdelbaigh 7 Dálccais o sin ille 7 each 7 erradh a righ, *ocus* ro smact Cairthind a shil coidhche do foghnamh do Phatraice 7 do Benen. Ni deachaidh

\* imo fol. 211<sup>r</sup>; niria; sed fol. 211<sup>v</sup> init.: iniria.

C

(1) Fortasse vertendum est: «ille mihi semper est coniunctissimus.» Carmen imperfectum desinere videtur. — (2) Momonia seu Mumonia (gadelice Mumha, anglice Munster) una et quinque praecipuis provinciis in quas Hibernia olim divisa erat. Hoc caput et sequentia ad finem cap. 18, omissis ut plurimum carminibus, interpretatione (seu verius paraphras) latina dedit COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 203-205. Quae hic habentur de itinere S. Patricii in Momoniâ, de etymo nominis Sangal (seu Sangul, Saingel, Saingil), de Eochaidho Bailldearg ad vitam revocato, breviter narrantur in Tripartita (STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 206; COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 158, col. 1), brevius etiam in codice Lismoriensi (STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 15); at nusquam mentio est aut S. Benigni aut baculi Iesu. — (3) Ne-potes Toirrdhealbach-i, qui gadelic Úi Toirr-dealbhaigh, latine olim dicebantur et Tordel-vii et Theodorici; circum Killaloe (County Clare) sedem habebant. — (4) Saingil, nunc Singland, ut videtur, prope Limerick. De etymo nominis consentiunt fontes hibernici, sed recentiores alii alter interpretantur; in Stokesii sententiam ivimus. Haec autem Colganus, op. c., p. 203, col. 1: «Locus autem ille ideo *Saingel* dicitur quia ibi angelus qui erat alias ab angelo Victore S. Patricio apparuit. *Sain* enim idem quod *revelatio* vel *apparitio*, et *aingel* idem quod *angelus*; unde ubi ex vocis etymo *Sain-Aingel* de-

Ille est qui ante me procedit cum lumine  
in nocte;  
nullum damnum accidet,  
ille mihi semper est socius (1).

VITA  
GADELICA

Factum est tunc precibus Patricii prodigium magnum. Nempe combusta est pars cruda domus et consumptus druida casula induitus; ipsa vero casula ne minimum quidem detrimentum persessa est. At vero non combusta est pars secca in qua erat Benignus, quem salvum fecit Dominus in tunica druidae; ipsa autem tunica combusta est et in cineres redacta. Unde crevit fama Benigni et Patricii.

7. Tunc Patricius aggressus est iter ad praedicandum in Momonia (2); quo tempore inventum in Saingil Cairtheann filium Blati, atavum gentis Toirrdhealbhianae (3). Is tum credidit Domino et baptizatus est a Patricio. (Saingil autem dictus est ille locus quasi videbilet Sain Aingeal, «specialis angelus», erat qui venit ad colloquium Patricii eo die, et non erat Victor) (4). Nondum autem nati erant liberi illi Cairtheanni, nisi monstruosi tantum. Tunc peperit uxor Cairtheanni massam sanguineam. Iussit Patricius Benignum in ea massa sanguinea imaginem hominis efformare cuspide baculi Iesu (5), eamque lustrali aqua aspergere, ipseque Patricius manibus passis oravit. Sic surrexit Eochaidh Bailldearg (*vestigii rubei*) (6), quem efformaverunt Patricius et Benignus ex ea massa sanguinea, mansitque semper in eius corpore macula rubea in signum huius miraculi; unde nomen accepit Eochaidh Bailldearg. Quo prodigo aucta est gloria Dei, Patricii et Benigni.

8. Exinde vindicat sibi Benignus in hodiernum usque diem ius maioris visitationis in partibus nepotum Toirrdhealbhi (7) et in partibus Dalcassiorum (8), simulque ius accipiendo equum

Eochaidh  
Baill-  
dearg  
ad vitam  
revocatus.

Sedis  
Ardmacha-  
nae iura  
in varias  
Hiberniae  
partes

bebat dici, contracte *Saingel* dicitur. » Haec ille, perperam ut videtur. Victoris angeli frequenter colloquio frutus esse Patricius passim creditur; quae opinio originem duxit ex aliquot locis qui in antiquissimis Patricianis documentis existant. — (5) De baculo illo quem ab ipso Domino datum S. Patricio ferunt, non est hic disserendi locus; vid. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. CLXXVI; Id., *Bethada Náem nÉrenn*, t. II, p. 338, § 10; BERNARD and ATKINSON, *The Irish Liber Hymnorum*, t. II, p. 181; J. Gwynn, *Liber Ardmachanus*, p. civ, annot. 2 et p. cv, annot. 4. Magni faciendum esse videtur quod vel parumper baculus Iesu concreditus sit S. Benigno; hic enim erat quem circumferabant successores S. Patricii cum vestigialium colligendorum causa Hiberniam perambulabant. — (6) Anglice verit «Redspot» Wh. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 207, et *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 163; huic assentimus. COLGANUS autem, *Trias Thaumaturga*, p. 203, col. 2: «Puer autem qui tunc natus erat vocatus est *Euchadius Ballberg*, id est *vestigii rubei* vel *artus rubei*; *ball* enim Hibernis idem est aliquando *quod artus*, aliquando *quod vestigium*, et *derg* idem *quod rubrum*.» — (7) De hac tribu vid. supra annot. 3. — (8) Fines Dalcassiorum (gadelice Dál gCais) patebant in partibus occidentibus Momoniae. Cf. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 331, col. 2, i. v. Dál gCais. Iuvat huius loci para-  
Patraice

F

VITA Patraicc eter ind Iarmumhain, acht Benen moir-GADELICA seiser mac clerech imaille fris do chur inde, ocus is e Benen dosfucc tre fhertaibh 7 tre miorbuilbh 7 tre cumachlaibh fet dochum narsi 7 croidmhe<sup>1</sup>, ocus re bhaist, 7 is dó ro slechtsat feraibh macaibh mnaibh. Is e dlighes cuairt Patraicc i nIarmumhain. Dlicchidh dano Benen morchuaire i cCorc Mo Druadh, ar is é rodbaist 7 dosfucc fa creitteamh.

a Benigno 9. Is e tra Binen ro baist 7 ro cosecrustar comparata. Erinn fri laimh Patraicc, ar ro bui esretiudh, Patraicc fri re uii. mbliadhan i llaimh Benen ic esriadaadh 7 ic coisercadh na hErend ro búi lan do demhnaibh for cinn Patraicc, amhail atbert fodein :

- B      « I nuair<sup>1</sup> tanac i m'cum craind  
          i m' reim dar in muir innal,  
          tri demhain cech feoirnin uill  
          iss edh do fhuardas and.  
  
Rostiomairccim<sup>1</sup> remum fat  
      eter tir thuaith<sup>2</sup> ;  
      cloch cech demhain treith  
      ro mhettaigh in cruaich. »

Conach fil din tir ina cinel ind Érend as nach dílghenn mac Seiscnéin cis arna mor-saetraibh ro chés ria laimh Patraicc ic cosecradh cech ceneoil 7 ica tabairt dochum creitimh trá fhertaibh ocus<sup>3</sup> miorbuilbh.

8. — <sup>1</sup> sic cod., leg. creidmhe.  
9. — <sup>1</sup> In marg. hoc loco prima man. littera r,

et vestem regum eorum. Subiecit Cairtheannus D semen suum ut serviret Patricio et Benigno in sempiternum. Patricius autem non tetendit ipse in partes occidentales Momoniae (1), sed misit eo Benignum cum iuvenibus clericis septem (2). Benignus igitur convertit ad fidem populos eius regionis miraculis, prodigiis signisque, et (eos) baptizavit; ipsi genu flexerunt viri, iuvenes, mulieres. Ille est qui sibi vindicat ius maioris visitationis Patricii in partibus occidentibus Momoniae (3). Benigno autem ius est maioris visitationis in Corco Modruadh (4), quippe qui huius regionis incolas baptizaverit et ad fidem perduxerit.

9. Benignus autem baptizavit et consecravit Hiberniam una cum Patricio; quippe septem annos commissum est Benigno aspersorium Patricii (5) ut Hiberniam aspergeret et consecraret, quam Patricius plenam daemonum invenerat, ut ipse dixit :

[meam] E.  
« Quo tempore veni in possessionem (6)  
      in cursu meo e partibus transmarinis,  
      tres daemones magnos in quaque herbula  
      ibi inveni (7).

Eos ante me profugos egí  
      e regionibus et civitatibus (?) ;  
      lapillus cuiuscumque daemonis regalis  
      acervum auxit (8).

Ita ut nulla sit regio aut tribus Hiberniae in qua ius tributus non habeat filius Seiscneani propter graves labores quos cum Patricio sustinuit, quando tribus singulas consecravit et prodigiis suis miraculisque convertit ad fidem.

pro rann (*id est* carmen). — <sup>2</sup> versus brevior;  
an leg. etir tes is tuaith? — <sup>3</sup> 7 add. cod.

phrasim a Colgano mutuari: « Unde Teodoricii et Dalcassii abinde conseruerunt ecclesiae S. Benigni aliquod suae clientela symbolum solvere, eorumque principes proprium equum et vestes elargiri. » — (1) Gadlice Iarmumhain seu Iarmumha, latine aliquando Iarmomoniam, Iarmumoniam; hic significari videtur pars provinciae Momoniae quae ad occidentalem Oceanum patet; terminos illius regionis alii alter definiverunt. Vid. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 452, col. 2, i. v. Iar-muma. Cum hac narratione cf. Vitam S. Patricii et libro Lismoriensi ap. STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 15, lin. 509: *Ni dechaid dano Pátraic dar Luachair ind Iarmumhain.* « Patricius autem non tetendit in partes occidentales Momoniae quae sunt ultra Luachair. » Et paulo post idem scriptor ignoratus refert S. Patricium septem annos in Momonia degisse, lin. 516. Perperam, ut videtur, in Vita Gadelica S. Benigni Iarmoniarn pro Iarmomoniarn legit v.d. U. Bourke qui hanc latinam formam esse putavit regionis dictae Iar Mainne, anglice West Hy-Many; idem etiam S. Iarlathie nominem in hoc capite Vitae Gadelicae sibi leguisse visus est; huius sententiam refert O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. II, p. 485. — (2) Nomina illorum discipulorum S. Patricii et comitum S. Benigni ignota esse videntur; cf. COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 268, col. 2. — (3) Sententia non adeo perspicua, quam Colganus, suo more, silentio praetervectus est. Intellege, ius successorum S. Patricii vindicandi sibi vectigalia Iarmomoniae a S. Benigno successore Patricii originem duxisse, non ab ipso Patricio; et adverte

non hanc vocari *mór-chuaire* « magnam visitationem », sed *cuairt* « visitationem » tantum. — (4) Regio quae videtur complexa esse baronias Corcomroe et Burren (County Clare) et Aranenses insulas; in maiore insula Aranensi ecclesiam Sancti Benigni fuisse notavimus, Comm. praev. num. 71. Et de Iarmomonia vectigalibus et de Corco Modruadh indefinite Colganus: « Quem proinde ut apostolum cultu et obsequiis ex voto devote venerantur (populi Iarmomoniae). Eadem etiam obsequia et officia praestare debent Cormorogii quos in fide Christi sedule instructos et baptizatos Christi aggregavit ovili. » — (5) Nusquam, si hunc ipsum locum excipias, meminimus legisse S. Benignum aspersorium Patricii sibi vindicasse, sed psalmista munus tantum (de quo Comm. praev. num. 59-62); attamen non semel fertur Benignus vice et nomine S. Patricii lustrali aquam aspersisse, supra cap. 4 et 7; cf. Comm. praev. num. 59-62. — (6) An vertendum « in lignea mea nave »? — (7) Carmen ceteroquin ignotum esse videtur; excludit aliquid in sexto versu. Paulo alter in narratione epica quae inscribitur *Acallamh na Senórach*, ed. Wh. Stokes in Wh. Stokes und E. WINDISCH, *Irische Texte*, t. IV, 1 (Leipzig, 1900), p. 175, lin. 6307-6308; hic enim ferunt ante adventum S. Patricii in radice cuiusque herbulae cacodaemonem latitasse, postea vero totidem fuisse angelos. — (8) « Treith » pro « tréith », gen. nominis « triath », id est « dux, princeps »; nisi forte deductum est a « tréith » adiectivo, « debilis ». Sententia videtur esse, Patricium unumquemque daemonem expulsum uno lapillo significasse, ita ut ingerens acervus aggeraretur.

A 10. Quodam tempore (1) perrexit sanctus Patricius (2) in occidentalem plagam Conactencium (3) id est in campum Siuil (4). Ro escomla noebeh Patraice i narale aimser ic baistedh *occus* occ forcefer nErend roimhe eo rocht iartha Connacht i. Magh Siuil (5). Et adivit domum Eichini (5) filii Briain fillii (1) Eachach regis Connactentum. *Ocus* ro indsaigh tech Eichin meic Briain meic Eachach ri Connacht. Et Patritius quessivit (1) hospitium ab illo. *Ocus* ro iair Patraice failte 7 aigidheacht ar Eichin. Et Echenus negavit (6). *Ocus* ni tard Eichin failte dō, 7 ni tainic fo creittimh. Et Patricius reversus est ad illum locum in quo est hodie Domhnach Mor Maighe Siuil (7). *Ocus* dochuaidh Patraice ar cula corici in mernut itá Domhnach Mór Maighe Siuil indiu i. Domnach Patraice. Et ibi fundavit eclesiam. *Ocus* ro fothaigh ecclias i ndú sin. In quo<sup>1</sup> reliquit Filartum episcopum (8). *Ocus* is acc fothuccadhl na mainstreath sin ro fáccbadh Filarti episcop (9). Et postea rex duxtus<sup>1</sup> penitentia venit ad sanctum Patricium ad illum locum cum uxore sua et cum fratribus suis et cum pompa magna exercitus sui (9). *Ocus* o ro gabh aitreichus in ri iartain, tainic cona shéthe 7 cona braithribh 7 co sochaidhe (1) móir dia slagh coricce ind inadh sin, do thabairt a riara do Patraice. Et dixit Patricius ad Echin : « Numquid tu es rex? » *Ocus* atrubhaint Patraice ri Eichin : « In tussa ind ri? » Et dixit Echin : « Non sum. » *Ocus* atrubhaint Eichin : « Nídam ri sea immorro, » ar eis-

VITA  
GADELICA  
*Echenus*  
rex  
Connacae,  
ob negatum  
Patricio  
hospitium,

10. — <sup>1</sup> sic cod. — <sup>2</sup> verbis M.S. lineam subduxit corr. — <sup>3</sup> Domhnac mor, Connacien', Filartus ep. in marg. corr.

(1) Capita 10 et 11 mutuatus est scriptor Vitae Gadelicae ab aliqua latina Vita (Patricii, ut videatur, non ipsius Benigni; cf. Comm. praev. num. 7), eo pactum latinum scriptum integrum recitat, sed singula latini sententias subnecteret gadelicam interpretationem. Attamen non pauca adiecit interpres quae in latina sententia desiderantur; haec nos toutes vertimus in sermonem latinum et inter annotata significavimus praemissis verbis Addit. interpres. De tempore quo haec gesta sint disceptant recentiores; advisse S. Patricium eas partes in altero suo Connacensi itinere, haud improbabili sententia est Iohannis GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. LIII-LXIII, maximi p. LX; verum, non debiliora sunt argumenta quibus fultus J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 358-60 (cf. p. 129-33), censem S. Patricium eas gentes invisisse primum ante annum 441, et revisiss tum in altero, tum in tertio suo Connacensi itinere. — (2) Addit interpres : « ut baptizaret homines Hiberniae eisque praedicaret, et tandem pervenit in occidentalem plagam » cet. — (3) Connacia, una e quinque provinciis quas Hibernia complectitur, vergit ad Oceanum inter occidentem et septentrionem. — (4) Campum Siuil, gadelic Mág Siuil (alias Mag Seolai cet.; vid. annot. 7, ubi de Domhnach Mór Maighe Siuil), in baronia Clare (County Galway) patre consentiunt auctores. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 530, col. 1, i. v. Mag Seolai, et col. 2, i. v. Mag Siuil; p. 354, col. 1, i. v. Domnach Pátraic; p. 353, col. 1, i. vv. Domnach Mór Maighe Seolai et Domnach Mór Maighe Sile; p. 662, col. 2, i. v. Uí Brítiún; p. 663, col. 1, i. v. Uí Brítiún Seolai. Videtur huius fragmenti scriptor eorum sententia favere qui campum Siuil eundem esse arbitrantur ac campum Selcae « in quo erant aulae filiorum Brítiún (Lib. Ardm., fol. 12 b 2), et si aliam sententiam multi tueantur, HOGAN, op. c., p. 594, col. 2, i. v. Selca; p. 530, col. 1, i. v. Mag Selce; p. 375, col. 1, i. v. Duma Selga; p. 504, col. 1, i. v. Loch Selcae; p. 353, col. 1, i. v. Domnach Mór Maighe Selce. — (5) Huius Echeni filii Briani mentio est in Tripartita: COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 136, col. 2; STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 106. Initium narrationis quae hic habetur ad verbū « Tu rex eris et de semine <two> erunt reges in eternum » suo stilo refert Seathrún CÉITÍNN (Geoffrey KEATING), *Foras Feasa ar Éirinn. The History of Ireland*, t. III, ed. DINNEEN, pp. 26 et 28; ubi pauca subciuntur quae latine hunc sensum exhibent: « Verum evasit quod praedixerat Patricius; affuit enim ipse et episcopi duodecim cum Duachus Galach auspicia regni sumpsit. Solentque inde Connacia reges habere successores illorum duodecim episcoporum praesentes, una cum duodecim principibus et stirpe Muireadhach et nepotibus Maoconairei, cum regnum auspicantur in colore dicto Carn Fraoch. » His congruentia narratur in Vita S. Benigni regno amotus Echenus qui fidem Christi suscipere solebat; nusquam autem nisi

in hac Vita Benigni legitur Echenus esse baptizatus. Collatis iis quae traduntur a Galfrido Keating de duodecim illis episcopis cum loco Vitae E Tripartita quem superius attulimus, forsitan hi duodecim videntur esse iidem quorum nomina lapidibus inscripta sunt in culminibus Selcae (de quibus in Comm. praev. num. 2, 57); vix tamen id fieri potuit, nisi perspicuo scriptoris errore, nam duas feminae erant inter duodecim comites S. Patricii qui tunc eo ascendisse dicuntur. Non absimile ritum servatum esse in inauguratione regis de Breifne, testatur altera Vita Gadelica S. Maedoci episcopi Fernensis, ap. PLUMMER, *Bethada Náem Érenn*, t. I, p. 203; de illis inaugurationibus vid. op. c., t. II, p. 351-52 et Id., *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. civ. Tandem adverte et apud Galfridum Keating et hic etiam ipso initio narrationis nullam esse mentionem S. Benigni; facile tamen crediderim hoc totum de Echeno rege esse antique traditum. — (6) Addit interpres : « et non venit ad fidem. » — (7) Addit interpres : « id est Domhnach Patraic »; qua in re notatu dignum est, scriptorem latini fragmenti attulisse tantum nomen antiquius Domhnach Mor Maighe Siuil et tacuisse recentius Domhnach Patraic; hoc etsi minimum, momento non caret cum definienda erit aetas huius fragmenti. Domhnach Mór Maighe Siuil latine significat Ecclesiam magnam de Mág Siuil; olim templum dictum est latine a Tirechano « aedessia magna Saæoli » ubi « altare Felarti sancti episcoli ». Lib. Ardm., fol. 11 b 2, et gadelic inter *Additamenta* (BHL. 6499) Domhnach Mór Maighe Sile (sic enim legendum), ibid., fol. 19 a 1; alias scriptum Domhnach Mór Maigi Seolai (STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 96) seu Seoli (COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 135, col. 1); nunc ex altero nomine quod tradit Vita Gadelica Domhnach Patraic, seu Ecclesia Patricii, HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 353, col. 1, i. v. Domnach Mór Maighe Sile et p. 354, col. 1, i. v. Domnach Pátraic; anglice Donaghpatrick, seu Donoughpatrick, in baronia Clare (County Galway) ad lacum Hacket qui gadelic dictus est Loch Cimmi seu Loch Cime. Ecclesiae illius parietinae haud scio an adhuc extent; certe abhinc annos circiter ducentos videbantur in ripa lacus. Cf. Roderick O'FLAHERTY, *A Chorographical Description of West or H-Iar Connaught*, ed. J. HARDIMAN, pp. 147-48; *The Parliamentary Gazetteer of Ireland*, t. II (Dublin, 1846), p. 31, col. 2; S. LEWIS, *A Topographical Dictionary of Ireland*, t. I (London, 1837), p. 483, col. 1. — (8) Addit interpres : « ut hoc monasterium conditum custodiret. » In eo loco episcopum fuisse S. Felartum antiquissimos auctores habemus quos in superiori annotatione attulimus et Libro Ardmachano. De hoc S. Fularto (sic enim scribit) episcopo Domnacensi in Connacia, COLGANUS, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 788. — (9) Addit interpres : « ut daret Patricio quidquid habere vellet. »

-siumh

VITA  
GADELICA  
regno  
privatus,  
  
Benigno  
deprecan-  
te,

siumh. < Dixit autem Patricius ad Echin<sup>4</sup> : « Tu non eris rex et ex te non erit rex (1) usque ad D- consummationem <sup>5</sup> seculi. » Atrubhairt immorro Patraicc fri hEichine : « Sech ni bát <sup>6</sup> rí siu fein o sund amach 7 ni bia rí nò ridamhnae dot' siol co forbha an tsáoghaile. » Et dixit frater iunior <sup>7</sup> de filiis Briain ad sanctum Patricium : « Ego sum rex (2). » 7 atrubhairt an sosar brathar re Patraicc .i. Dúi mac Briain : « Meisi ind rí, » ar se. Et sanctus Patricius respondit : « Tu rex eris et de semine <two<sup>4</sup>> erunt reges in eternum. » Is e freccra do rad Patraicc noebh air siumh : « Bát rí siu fodéin 7 is dot' sil betit na righ tria bithu. » Et credierunt <sup>12</sup> filii <sup>12</sup> Briain in illa hora Domino per Patricium et habitati sunt, excepto Echeno et uxore eius et liberis <sup>8</sup> eius (3). Ocus ro creitset meic Briain an tan sin don Coimde tre precept Patraicc 7 ro baist <sup>9</sup>, cen mothá Echen 7 a shéitchi 7 a maca 7 a ingena. Ceithre meic fiet immorro ro bhatar oc Brian mac Echach .i. Dúi Galach, Ferccus, Eochaidh Erederg, Oengus Balderc, Tened, Muichit <sup>10</sup> 7 oile. Et venit regina uxor Echini ad sanctum Benignum filium Seseniáni discipuli <sup>11</sup> sancti Patricii et dixit ei. Ocus tainic in ríghan séthig Echin co noebh Benen mac Ssiscnein, co dalta naemh Patraicc, 7 is edh ro raidh fris. « Ego et rex et filii nostri in tuo servitu <o<sup>12</sup>> (4) semper erimus si pacem inter nos et Patricium feceris (5). .i. « Meisi 7 in rí 7 ar sil 7 ar semedh <sup>13</sup> bemit i cíis 7 hi foghnamh duitsi tre bithu sir dia nderna sith ettrainnd <sup>12</sup> 7 Patraicc. » Siúr mathar immorro do Benen issi, conidh aire sin ro iarr air a furtachl, .i. Fortriu inghen do Chathair Mór do rígh <sup>14</sup> Laighen, 7 is uaithe ro genair celene Echin. Ocus Sodelbh inghen don Chathair cettina sin mathair Beneoin, ut dicitur :

Sodhealth ba hi matair <sup>12</sup> Beneoin,  
cen blad pudrach,  
nisroich t' athair,  
inghen do Chathair Cenrudhrach.

B

E

.i. da dheirbhsiair iatt. Et respondit sanctus Benignus regine. Ocus do ratt Benen freccra ar in ríghain oucus iss edh ro raidh fria : « Si Deus voluerit, faciam <sup>15</sup> ». .i. « Do ghén sa sin madh ail do Dia. » « Pergite tu et rex et proles ante nos usque ad villam que dicitur Villa Conventionis (6). » « Ergidh remhaind tusa 7 in rí 7 bar celanda corrici an ferann dianid ainm Cluain na Coinde. » Et perrexerunt sicut sanctus Benignus eis precepit. Ocus do cotar amhail atbert noeb Benen friu. Et perrexit sanctus Patricius ad illum locum in quo fundavit cellam sancti Falbi (7) episcopi qui dicitur Cell Fabhair.

<sup>4</sup> om. cod., supplevi ex interpretatione gadelica. — <sup>5</sup> comotionem cod. — <sup>6</sup> ní bát ni bat ri siu cod. — <sup>7</sup> add. ead. man. — <sup>8</sup> et 7 liberis cod. (id est: et et liberis). — <sup>9</sup> an leg. rosbaist? — <sup>10</sup> an leg.

Tened Muichit? — <sup>11</sup> sic, ead. man. add. — <sup>12</sup> sic. — <sup>13</sup> sic; leg. semendh — <sup>14</sup> do rígh do rígh Laighen cod. — <sup>15</sup> faciem in faciam immutavit corr.

(1) Addit interpres : « aut materia regis usque ad consummationem saeculi. » Rtgdomna, rtgdomna, rlogh-dhamhna, id est materia regis, dicebantur ii e quibus regem eligere fas erat. Qua de re fuse disputat Eoin MACNEILL, *Celtic Ireland*, p. 114-43. — (2) Addit interpres : « is est Dúi Galach (*bello strenuus*) filius Briani. » Huius nomen gadelice perperam in casu nominativo scriptum est Dúach, quae genitivi forma est; nos illam formam adhibemus quam nostri autores praebent, sive Dúi, sive Dúach scribentes. — (3) Addit interpres : « Erant autem Briano filio Eochaidhi viginti quattuor filii: Dui Galach, Fearghus, Eochaidh Earclearg, Aonghus Bailldearg, Tened, Muichit, cet. De numero filiorum Briani his consentit KEATING, l. c.; et in Tripartita sex eius filii memorantur, partim tamen alii nominibus, ap. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 106; COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 136, col. 2. Haud scio an inde colligendum sit et hic sex nomina tradi, non quinque; quae si res ita se habuerit, legendum est non Tened Muichit, quasi illud nomen esset, hoc cognomen; sed Tened, Muichit. — (4) Addit interpres : « et tributo ». — (5) Addit interpres : « Haec autem erat soror matris Benigni (quamobrem eius auxilium petuit) Fortriu nomine (filia Cathaoiri Mór regis Lageniae) et qua orta est gena Eicheni. Sodhealth autem filia eiusdem Cathaoiri mater erat Benigni, ut dicitur: Sodhealtha mater erat Benigni | — sine fama calamitosa — | (non adeptus est eam pater tuus) | filia Cathaoiri Ceanndruadhach. Unde colligitur eas sorores fuisse. » De stirpe materna S. Benigni, Comm. praev. n. 15. Ut errorem corrigeret Colganus vertit : « Regina autem Fortriu erat materteria S. Benigni, Sadelvae matris eius soror, de stirpe Cathari regis Lageniae. » — (6) Cluain na Coinde, seu Cluain na Choinne (latine Villam Conventionis) esse in Connacia ex hoc loco patet; Hogan, *Onomasticon Goedelicum*, p. 258, col. 1,

i. v. Cluain Choine; cuius auctor est COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 204, col. 1 et p. 707, col. 1, i. v. Cluain-choine. Non pauca sunt loca dicta Cloonkeen in vicinia parochiarum Donaghpatrick, Killower et Kilbannon; hic significari arbitramur Cloonkeen viculus situs inter flumina Clare et Grange, octo circiter passuum milia a Killower ecclesia, et totidem a Kilbannon profecto non divertet ad illum Cloonkeen; vix enim amplius quinque milia distant Killower et Kilbannon. — (7) Hunc S. Faillbeum episcopum esse filium Losseni qui cum fratribus suis cultus est kal. aug. in insula Lacus Riensis (Loch Rí, Loch Ree) Inis Mór dicta, sententia est Colgani non improbabilis innixa argumentis, *Trias Thaumaturga*, p. 183, col. 1; et si idem Colganus videtur sententia destitisse, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 540, col. 1, annot. 18. Sed adeo usitatum est nomen Faillbe ut rem definire non audamus: quidni enim duo fuerint Faillhei, alter in Inis Mór Locha Ribh, alter in Cill Fabhair seu Cill Fobhair? Cui sententiae iterum favet COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 268, col. 2, ubi hunc Faillbeum, de quo Gadelicus noster, cultum esse scribit, non kal. aug., sed d. 11 Ianuarii vel 16 aprilis. Locum quidem, de quo Vita Gadelicæ, ceterum ignotum, in Connacia situm esse patet; num idem sit qui alias Achadh Fobuir, Achadh Fhobair, Achadh Fhobhair, Achadh Gabhair, cet. (nunc anglice Aghagower, Barony Burrishoole, County Mayo), dubitat HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 8, col. 2, i. v. Achadh Fobhair Umhaill; p. 9, col. 1, i. v. Achadh Fobuir et Achadh Gabhair; p. 193, col. 1, i. v. Cell Fobhair. Haec quidem Hogan et eruditii illi viri quorum sententiam sequitur. Verum, si quid videmus, hic perspicue significatur Cill Fobhair aliud omnino ab Achadh Fhobhair; nempe parochiam nunc dictam Killower, sitam inter lacum Cime (ubi Domnach Pátraic) et Kilbennan, in ipso itinere quo tunc ibat S. Patricius.

Ocus:

A *Ocus ro escomla naemh Patraicc coricci ind inat in ro fothaigedh recles Failbhe nōibh in epscoib 7 as ris rātar Cell Fabhair<sup>16</sup> aniu. Et postea sanctus Patricius venit ad Villam Conventionis. Ocus tānic noebh Patraicc iarsin eo Cluain na Coinde<sup>17</sup>. In qua reformavit sanctus Benignus Echenum in formam hinnulum<sup>18</sup> de silva venientis. Is annsin ro delbh noebh Benen indi Echen hi richt laoigh allaith. Et dixit sanctus Benignus ad Patricium. *Ocus atrubhairt noebh Binén re Patraicc.* « Bene die innulum salientem erga nos et exultantem (1) » .i. « Bennach in láegh dogni in surtlaigh 7 an leimnigh i nar fiadhnuse 7 dogni an forbáile dhuit fodéin.» Et respondit Patricius: « Non benedicam innulum habentem aures Echini michi frequenter repugnantis (2).» Is e freccra dorat Patraicc ar Benen: « Nocha bennachabh in loegh techtus clusa Echen no fhrithcathaigidh dam dogres 7 no bid ind acchaidh<sup>19</sup> cecha coireach no erailinn.» Et sanctus Benignus formavit Echen in multas formas, ut ferunt, et noluit sanctus Patricius eum benedicere (3). *Ocus ro delbh Benen Echen i rrectaibh iomdhaitb<sup>20</sup>, amhail innis na heolaigh, 7 ro eimidh Patraicc a bhennachadh Echen i ndeilibh dibh sin.* Et dixit Patricius ad Benignum: « Tu ipse benedic eum et tibi serviat semen eius in eternum. Ego hautem non.» *Ocus atrubhairt Patraicc re Benén:* « Bennach sa fein Echen 7 foghnadh a shiol 7 a chind duit tria bithu. Meisi immorro ni bhennachabh.» Et ascendit sanctus Patricius in currum et filii Briain portaverunt sanctum Patricium ad manus per totam grunnam<sup>(4)</sup> usque ad campam<sup>21</sup> *Connacne* (5). 7 ro rescab Patraicc ina charpal, *ocus ara lamhaibh ro imarcuriset meic Briain in carpat darsin monaibh uile co magh Connacne* 7<sup>22</sup>. Et descendit sanctus Patricius de curru. *Ocus tānic Patraicc ann sin asin ccarpat.* Et venerunt ad illum novem leprosi viri gentiles antea<sup>23</sup> nuncquam<sup>24</sup> credentes. Is ann sin tangattar co Patraicc nonbarb lohbhraib; gentlidhe iatsidhe na ro creitt- sett riām roimhe sin. Et clamaverunt dicentes: « Si verus est Deus tuus, sanet nos de lepra ista.»*

B *Ocus doronsat diucaire moir;* iss edh ro raidhset: « Ma's é in fir Dia do Dia sa, slánaigh inne don cloime si.» Et surrexerunt sanctus Patricius et Benignus et levaverunt<sup>25</sup> cespitem<sup>26</sup> de terra. *Ocus atrachtatar noebh Patraicc 7 noebh Benen 7 ro thocaihsiot fott asin talmain.* Et ebullivit<sup>27</sup> fons limpidiissimus (6) de terra. *Ocus ro mhebhaidh topur ro glan asin imut sin asa ttuscat na nacimh an fótt.* In quo baptisati sunt leprosi (7). Is ann sin ro baitsith na nōi lobhair 7 ro fuisimsit<sup>28</sup> in creitim catolica. Et in eadem hora sanati sunt de lepra et dederunt gloriam Domino (8). 7 ro slan-

VITA  
GADELICA

*in gratiam  
restitutur.*


*Leprosorum  
novem  
curatione,*

<sup>16</sup> veribus Falbi episcopi et Cell Fabhair lineam subduxil corr. qui et in marg. scriptis iterum Cell Fabhair. — <sup>17</sup> Cluain mc Coinde cod. — <sup>18</sup> sic man. prima; hinnuli corr. qui et add. ceruini sup. lin. — <sup>19</sup> in-dacch. ex inaach. corr. — <sup>20</sup> irrectaibh e iomdhaitb

<sup>21</sup> cod., sed e punto subscripto deleta. — <sup>22</sup> sic cod. — <sup>23</sup> annae prim. man.; alteram n in t mutavil corr. — <sup>24</sup> levaverunt ex lavaverunt corr. — <sup>25</sup> cesp. ex cisp. corr. — <sup>26</sup> ebulluit prim. man.; i inseruit corr. — <sup>27</sup> ante corr. ro fuirnnisit.

Abest autem Achadh Fhobhair sexaginta fere passuum milia a locis quae memoravimus. Accedit quod ecclesia de Achadh Fhobhair non eo tempore a S. Patricio condita esse videtur, *Lib. Ard.*, fol. 13 b 1. — (1) Addit interpres: « et te tanto gaudio salutantem.» — (2) Addit interpres: « quique mihi negare solet quaecumque iure exposco.» — (3) Addit interpres: « in aliquo de illis figuris.» — (4) Grunna seu gronna latine reddit verbum gadelicum *mónaibh*, « palus seu locus bituminosus et uliginosus, unde cespes eruerit, qui siccatus foco struendo, non secus ac carbones, adhibetur.» Haec CANGIUS i. v. C Gronna. Tale esse solum, cum inter Killower et

Kilbannon, tum inter Cloonkeen et Kilbannon, manifestum est insipienti tabulam huius tractus. — (5) Non paucae sunt regiones in illis Hiberniae partibus dictae Commaicne *fines nepotum Connac-i.* HOGAN. *Onomasticon Goedelicum*, p.289-90. Falso commisicuit Vita Gadelica varios ramos eius familiae; quos errores quo brevius refellere possemus, tabulam astruximus et *Libro Lagenensi*, p. 332, col. 2, *Libro Ard-machano*, fol. 17 a 2, *Genealogis Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. Paul WALSH, p. 105-106, et iis quae collegimus ex ipsa Vita Gadelica. Tribuum nomina nominibus atavorum adieci- mus, insertis, ut fieri solet, vocibus a quo ». F



Igitur ex hoc sequentique capitulo perspicuum est hic significari ramus aliquis tribus nuncupatae Commaicne Cricha mac Ercae, quibus imperabat semen Fraech-i; horum praecipua sedes erat in dioecesi quae nunc est Ardachadensi, Hogan, op. c. p. 289, col. 1, i. v. Commaicne. Sed ex hoc loco Vitae Gadeliae et ex plurimis monumentis S. Iarlaithi Tuamensis in illis regionibus, clarum est eorum fines quoquo modo tunc pertigisse ad flumen Clare; adeo videtur Novembri Tomus IV.

progenies Dubani patris Niatiu eas maxime partes sibi elegisse quae nunc sunt baronia Dunmore, Hogan, l. c. col. 2, i. vv. Commaicne Dúine Mór et Commaicne Cenél Dubáin: inde clarum est hos esse de quibus Gadelicus noster. — (6) Verit interpres: « de loco unde sancti cespitem levaverant.» — (7) Addit interpres: « et confessi sunt fidem catholicam.» — (8) Addit interpres: « propter sanationem suam et gratias illi egerunt.»

VITA  
GADELICA

aighthi isin uair cetna dia claimhe 7 ruccsat buidhe a slanaigthe frisin Coimde, *ocus* ro altaighsett do. D Et de hoc miraculo iste fons semper nominatur i. Fons Leprosorum de <i>is, 7 is asan mirbail sin ro fas comid de dongarar Topur na Lobar o sin alle (1). In quo fonte multi infirmi semper sanantur <sup>27</sup> (2). Is gnath immorro daoine galair do slanuccadh isin topar sin 7 is cretru tohthachtach <sup>28</sup> a usce cech conair dech. In quo baptizavit Benignus Echenum filium Briain (3). Isin topar sin ro baist Benen Echen mac Briain *ocus* ro faccaibh faccaba maithe dō 7 dia shil, 7 nochta dlighenn noebeh na firen ele ni do chinel Echin acht Benen a oénar.

Niatu  
ad fidem  
adductusecclesiam  
Benigni  
condit.Discipuli  
S. Benigni

**11.** Et venit dominus illius regionis i. Niatu mac Dubhain cum filiis suis (4) usque ad sanctos ad illum locum. *Ocus* tainic fer choimsech an fherainn sin do imacallaimh fri Patraicc 7 fri Benen conuicte in iut sin i. Niatu mac Dubain 7 a chóice meic i. Lugaith, Callin, Rimid, Nisi, Fillti. Et vo[ll]vit illam villam semper sanctis. 7 ro edbar in iat sin do gres do Patraicc 7 do Benen. Quia vidit ibi miraculum (5). Uair atconnaire an mirbail mair forcoemhnacair isin iut sin i. slanuccadh na eclamh. Et in illo <sup>1</sup> loco baptizatus est Niatu cum filiis <sup>2</sup> suis a Benigno et omnes habitatores illius regionis baptisati sunt. *Ocus* is annsan ionad sin ro baitsedh Niatu cona macaibh o Bhenen, 7 ro baitsithe uile aittreibaidhe an ferainn. Et dedit Niatu sé et filios suos <sup>3</sup> et nepotes suos semper (6) in servitutim <sup>4</sup> Benigno et Patritio et omnes habitatores illius regionis (7). *Ocus* ro chinn Niatu insin combiadh fodein 7 a meic 7 a hui dara eisi hi cis 7 hi foghnamh do Benén *ocus* do Patraicc, *ocus* ro cinnsett huile aittreibaidhe an ferainn in cefna. Et in illo loco (8) fundata est civitas sancti Benigni. *Ocus* is ann sin i. i ndun Lugaith meic Niatuch iarna coisercadh do Benén *ocus* do Phatraicc ro fothaighedh 7 ro cumdaigedh ecclias do noémh Binéen. Hi sunt hautem alumni sancti Benigni id est Callianus filius Niatach episcopus et Iarladius filius Lagha episcopus.

**12.** Is iat so immorro daltadha noemh Benigno i. Caillin mac Niatach in tepscob *ocus* Iarlaithne mac Lagha in tepscob uasal ele. Is aec Benen ro leghsatt *ocus* is e doratt gradha forra. *Ocus* is e ro coisreccastair cella 7 re-

**12.** Hi autem sunt alumni S. Benigni, Caillin filius Niatu-i episcopus (9) et Iarlaithe filius Lagh-i episcopus nobilis alter. Utrumque Benignus instituerat et sacerdotio auxerat; ipse etiam illis ecclesias et cellas consecravit, ius-

E

<sup>27</sup> sanatur cod. — <sup>28</sup> sic cod.

**11.** — <sup>1</sup> prim. man. corr. ex ollo. — <sup>2</sup> et add. cod. — <sup>3</sup> corr. prim. man. (ex sos ut videtur) et add. n. sup. lin., quod quid sibi velit, nescimus.

— <sup>4</sup> seruitutim, cod. sed prim. man. corr. ut esset seruitutim; uel seruitutim prim. man. sup. lin.

(1) Etiamnum dicitur fons Tobernalour; distat ab ecclesia Kilbennan sescentos les septingentos passus a meridi, *Ordnance Survey of Ireland* (One Inch to a Statute Mile), fol. 96. — (2) Addit interpres: « et vim habet reliquiarum effiacium eius aqua quocumque defertur. » — (3) Addit interpres: « multaque bona legata ei legavit et semiini eius. Neque habet ullus sanctus vel iustus quicquam iuris in gentem Echeni nisi solus Benignus. » Gens Echeni, *Cenel n-Echen*, tribus in Connacia, *HOGAN, Onomasticon Goedelicum*, p. 219, col. 1. — (4) Addit interpres: « Lughaidh-o, Caillin-o, Rimid-o, Nisi-o, Fillti-o. » Stemma illius Niatui vid. supra p. 177, annot. 5. — (5) Addit interpres: « magnum quod in eo loco patratum est, nempe curatioinem leprosorum. » — (6) Addit interpres: « et in tributum. » — (7) Addit interpres: « rem ratam habuere. » — (8) Addit interpres: « id est in oppido Lughaidhi filii Niatui postquam Benigno et Patricio locus consecratus est. » Haec si conferantur cum novissima sententia cap. 15 et cum his quae dicta sunt de locorum nominibus, perspicuum est hic significari Kilbannon (al. Kilbennan), parochia sita partim in baronia Clare, sed maxime in baronia Dunmore (County Galway), de qua S. LEWIS, op. c., t. II, p. 52, col. 1; *The Parliamentary Gazetteer of Ireland*, t. c., p. 364. Iuxta ecclesiam securitus fons dictus St. Bennan's Well, *Ordnance Survey*, l. c. Ecclesiae ipsius antiquitatem testatur rotunda turris astricta, LEWIS, l.c., quam breviter perstringit G. PETRIE, *Inquiry into the Origin of the Round Towers of Ireland*, in *Transactions of the Royal Irish Academy*, t. XX (1845); monasterium in eo loco existit, de quo nihil memoriae mandatum est praeter titulum heredis S. Benigni semel in Annales exceptum (vid. Comm. praev. num. 70), et ipsam monasterii dissolutionem, LEWIS, l. c. Haec quidem ostendunt ecclesiam seu monasterium in Kilbannon antiquitus conditum ab aliquo Benigno; quibus accedit certissimum ipsius nominis testimonium: Kilbannon enim idem omnino est ac Cella Benigni. Verum, toto caelo erravit qui

hunc Benignum arbitratus est esse successorem S. Patricii in sede Ardmachana (cf. J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. LXVIII-LXIX); etenim existat quoddam donationis apographon in scrinio Ardmachanae ecclesie, cuius haec sunt verba: « Binean filius Lugni, scriba atque sacerdos nec non anchorita, filius filiae Lugaith maic Néatach fuit, cui dedit Deus generis (genus cod.) matris suea hereditatem, in qua fundavit ecclesiam Deo consecratam Patricioque immolatam. Et sanctus Patricius signavit locum sibi suo baculo et ipse primus corpus et sanguinem Christi obtulit postquam gradum accepit Bineanus ab eo, et benedixit eum et reliquit post se in suo loco » (*Lib. Ardm.*, fol. 17 a 2). Verbis Patricius et ipse additum est signum quod significat *Patricium esse antecedens pronominis ipse*; ultima autem verba certe significant: reliquit Patricius post se Bineanum in loco a Bineano oblato; et paulo ante ubi « signavit locum sibi » intellego: « signavit Patricius Benigno locum » (cf. GWYNN, op. c., p. LXIX, annot. 1). Lugaith autem macc Néatach idem est ac Lughaidh mac Niatach (alias Niatach) de quo Vita Gadelica; etenim in Libro Ardmachano non semel è scriptum est ubi recentiores efferunt *ta*, STOKES and STRACHAN, *Thesaurus Palaeohibernicus*, t. II, p. XIV-XV. Igitur hic Binean (seu Benignus) filius Lugni filius filiae Lugaith maic Néatach, neque est Ardmachanus (cuius stema vid. Comm. praev. num. 13-15), neque Benignus frater Cethachi seu Cethachi (cf. ibid., num. 2). Huius enim S. Cethachi pater quidem erat de genere Aillilli, mater vero de genere Sal, *Lib. Ardm.*, fol. 12 b 1; alter Tripartita, ap. STOKES, *The Tripartite Life*, t. II, p. 104, et ap. COLGANUM, *Trias Thaumaturga*, p. 136, col. 1. Sed et in ipso illo genuino, quod fertur, apographo haud scio an parachromismus lateat; vid. *Patriciana in Anal. Boll.*, t. XLIII. — (9) Hos cum Bineano filio Lugni esse coniunctos, nec quicquam habere cum Benigno Ardmachano, perhibet tabula genealogica, p. 177, annot. 5. De utroque S. Iarlaitheo vide infra, p. 186, annot. 6.

-clésa

A cléas doibh 7 ro erail ar a mbraithribh cendsa do dhenamh fríu; ar is e Benen rob ard-chend *Conmacne* eter cill is tir, ar is dō ro erbastair *Patraicc* a mbaitseadh 7 a forceful, *ocus* is e ro fhacaibh etorra, 7 is e ro toghsatt fein i ccennacht forra<sup>1</sup> sech cech noebh.

**13.** Delta dano do Benen Nechtan *ocus* Curnan, Mugan 7 Buadmael, Berrán *ocus* Modimóc, Báctan 7 Cairell, 7 .vii. meic Domhon-gairt, *ocuts* sochaidhe ele do maithibh arcena.

**14.** Is ann sin ro bhennach Patraicc *Conmacne* .i. clann Cairedhá, conidh ann atbert :

« Mo bhennacht for *Conmacne*,  
for sil Caireda,  
for a macu is for a mna,  
is for a nódhena.

Beite do chloinn Cairedhá,  
cein beit do réir mo fhreccra,  
epscoip 7 aircínigh,  
súi éicsi 7 sui ecna.»

B

*Ocus* is e an Cairedh<sup>1</sup> sin an tres fer atracht ria Patraicc dar sarucchadh Logoire meic Neill i t'Femhraigh .i. Ere Slaine ar túis (hi Fertaibh Fer Feice atrac<ht> sidhe) *ocus* Dubhthach mac hái Lughair *ocus* maothochlach dia muinntir (.i. Fiac Sleibe) in céidfeacht tainic Patraicc. *Ocus* an dara feacht doluaidh Patraicc docum Tem-rach ro smachtadh la Laeghaire cora heirséid nech ria Patraicc 7 cora dertha umhalóid dó. O do riacht Patraicc isin teghdais<sup>2</sup> righdæ.

**12.** — <sup>1</sup> (ro toghsatt-forra) *alia man. in rasura.*

(1) « S.Benignus est qui...eorum... amicos et cognatos ad eos humaniter et caritative tractandos induxit, quique in spirituali regime toti clero et populo Connacniensi ex officio praefuit. » Haec Colganus in sua paraphras. — (2) *Nectanus* seu *Nectarius*, *COLGANUS*, *Trias Thaumaturga*, p. 204, col. 1, nescimus quo auctore; idem etiam omisit Baetanum. De illi omnibus S. Benigni discipulis qui disputare velit, aquam cum pumice postularit, Haec *COLGANUS*, *Trias Thaumaturga*, p. 268, col. 2: S. Nectanum col. d. 22 aprilis et 8 ianuarii (hoc quidem perperam; nam, si martyrologio Dungallensi fidemus, est, d. 8 ianuarii indicebat memoria alius Nectani, qui obiit anno 678); S. Curnani festum agi d. 6 ianuarii vel 22 decembris (ubi Dungallense scribit Cuirrin); Mugan forsitan falso scriptum esse pro Mucna habet *COLGANUS*, op. c., p. 692, col. 2; de ceteris facet, neque nos minus prudentes erimus. Domhongart ille haud scio an alius fuerit. Domungart filio Echaid-i cuius nomen legitur in *Libro Ardmacchano*, fol. 19 a 1 et in *Tripartite*, ap. STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, pp. 120, 224, et ap. *COLGANUS*, *Trias Thaumaturga*, p. 161, col. 2; de quo Id., op. c., p. 185, col. 2, annot. 94-95, et *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 742-44; cf. *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 483-84. Filii Domhongarti non leguntur in *Macrad noeb hErend* seu catalogo sanctorum qui non suo ipsorum, sed patris, nomine appellantur, *The Book of Leinster*, p. 369, col. 3-6. — (3) Hoc Carmen in isto tantum codice videtur servatum esse, tanta cum librariorum incuria, ut insanabile fieret. Stemma tribus dictae Sili Carotha (id est Semen Cairedhá) descriptissimum in tabula genealogica, p. 177, annot. 5; cf. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 514, col. 2, i. v. Mag Caireda, et p. 519, col. 2, i. v. Mag Enna. Quibus e locis perspicuum est hic sermonem haberi de tribu alia atque Con-

VITA  
GADELICA

situs fratres eorum (1) benevolentiam illis exhibere; erat enim Benignus caput regionis Comhaine, cum agrorum tum ecclesiarum. Illi namque Patricius commiserat munus baptizandi instituendique incolas, illum inter eos reliquerat, illum ipsi incolae sibi elegerant in dominum, prae ceteris sanctis.

**13.** Alumni autem Benigni fuere Neachtain (2) et Curnán, Mughaín et Buaidh-mhaol, Bearán et Modimóc, Baetán et Caireall, et septem filii Domhongart-i, aliquie plurimi viri nobiles.

**14.** Tum Patricius benedixit regioni Comhaine (id est posteris Cairedhá) et dixit :

Benedictio mea super Comhaine,  
super semen Cairedhá (3),  
super filios eorum et uxores  
et infantes.

Sint oportet e filiis Cairedhá,  
quamdiu morem mihi gerent,  
episcopi et ecclesiarum principes (4),  
poetae et docti viri.

E

Hic autem Cairedhá est tertius vir qui Patricio assurrexit (5) invito Laegaireo filio Niali, Temoriae. Nempe primus omnium assurrexit Patricio Earc Slaine (6) in Ferta Fer Fec; deinde Dubhthach, Maccu Lughair una cum iuvene quadam et suo comitatu, Fiac Sleptensi (7), quo tempore primum adventus Patricius; cum autem iterum veniret Patricius Temoriam, prohibuerat Laegaireus ne quis illi assureret reverentiam exhiberet. At ubi Patricius re-

discipulo  
bene  
merito

**14.** — <sup>1</sup> Cairedhá ex Cairech corr. — <sup>2</sup> isin

mhaike Dúine Móir, nempe Comhaine Cúile Tolaid (de quibus HOGAN, op. c., p. 289, col. 2, i. vv. Comhaine Cúile, Comhaine Cúile Talad et Comhaine na Cáile; p. 322, col. 2, i. vv. Cúl Thaith, Cúl Tolad et Cúl Tulad), quorum fines erant in hodierna baronia Kilmaine (County Mayo). Hos, si fidendum est Tirechano, *Lib. Ardm.*, fol. 13 a 2, invisit S. Patricius non statim post baptizatos filios Briani. — (4) Intellege laicos ecclesiarum patronos, seu potius abbates laicos hereditario iure monasteriorum praefatos; de quibus paucis agit PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cxvii, annot. 5. Huius loci sensum his verbis refert COLGANUS, *Trias Thaumaturga* p. 204: « promisit (Patricius) quamdiu suis acqueverint mandatis, ex eorum (Connacniensium seu Charethi filiorum) prodituros multos episcopos, praefatos aliquos viros doctrina et sapientia illustres. » De illis sanctorum legatis quae dicuntur (gadelica « facálá »), vid. infra p. 181, annot. 7. — (5) Gadelica verba significant sive « tertius vir qui Patricio assurrexit », sive « unus de tribus viris qui Patricio assurrexerunt »; hoc tamen minus probable est, cum videatur Gadelicus noster indicare Cairedhum post Earcum et Dubhthachum honorem S. Patricio exhibuisse. — (6) Is est S. Erc seu Earc, postea episcopus Slanensis, de quo *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 557-62. — (7) Dubhthach Maccu Lughair, cuius nomen in *Libro Ardmacchano* legitur scriptum Dubhthach (al. Dubhthach) Maccu Lugil et Dubhthach Maccu Lugin (fol. 4 b 2 et 20 a 2). Eorum quea hic significantur antiquissimus auctor est MUIRCHU, l. c., fol. 4 b 2 - 5 a 1. De S. Fieco (alias Fécc, Fiac, Fiacc, cet.) episcopo Sleptensi, *Act. SS.*, Oct. t. VI, p. 96-106; O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. X, p. 181-200.

Cairiudh

VITA  
GADELICA

Cairiudh mac Findcoimh, in fili do Connacht-aibh, rope an dara primhecces an tan sin, ro greissedh o rath an Spirtu Noeih co neracht asa cathair ollamnacha résin clerech, ar nír bó comadhus in stí 7 in tepscopt do beith cen inut ba dingbála dó fri procept don tsochaidhe; *ocus* atracht co ba tri ria a muintir i.e. as cech cuil ina<sup>3</sup> chéiliu, co ro thoilli in móiseissiu ann <*acht* Benén a aenar. Ba bronach Beinén desin. Asbert *frl* Cairiudh: «Bidh i cuil duit 7 dod' cloinn ondiu go brath.» «Cech cuil a ngeba,» ol Padraic, «bidh cuil go nana 7 ordan 7 tagad.» «No gebhta righe Temrach uaid,» oil Benén, «dia neiristea roamumsa.» «Fagebha onoir agamhsa 7 ag fior m' ionuid,» ol Padraic.<sup>4</sup> Dorat Patraicc bennacht de Chaireudh ara umhaloitt, conidh don bhennachtain sin do-ratt Patraicc 7 don umhla do rinne Cairiudh forecantar an laidh sea sí:

B

*eiusque  
posterioris*

Seuchais an fer cor ar chái  
cein ba etrocur in rí;  
riasin aoidhigh, co rath nDÉ,  
atracht Cairiuch fo trí.  
Donarraid<sup>5</sup> creitimh is cond  
i ttigh in righ lasin sanct.  
Seuchais ar cuil in fili find,  
co talla in moirsheiser ann.  
Doratt Patraicc bennacht fair,  
dorath dó talamh do nimh<sup>6</sup>:  
« Rotbe tir co toradh do muir,  
rop lir<sup>7</sup> do clann is bu<d> dil.

teghdais prim. man. corr. ex isin tethdais. —<sup>3</sup> ina ina chéiliu cod. —<sup>4</sup> verbis acht Benén - ol Padraic ita lineas obduxit corr. ut legi vix possent; deinde totum locum rescripsit in marg. inf., praemissa verbis: *fri leth supra. Exscriptimus omnia ex marg.* : pauca admodum videntur esse varia ab iis quae habebat prim. man.; haec quae perspicimus: ingebla prim. man., an geba corr.; Patraicc prim. man. (bis), Padraic corr.

(1) In maximo illo splendidoque triclinio Temoriensi dignissimo cuique sua erat sedes, puta regi poetae, druidae et sic porro, ne cui sui ordinis honor decesset; aedifici formam instaurare et describere adortus est R. A. S. MACALISTER, *Temair Breg. A Study of the Remains and Traditions of Tara, in Proceedings of the Royal Irish Academy*, t. XXXIV, C. pl. ix: ubi quis cuique locus assignatus fuerit reperies. Idem fuse de triclinio illo disputat, op. c., p. 262-69. Haud scio an totum hunc locum de Cairedh poeta effinxerit Gadelicus noster, nemine auctore, ad similitudinem eorum quae passim traduntur a Patricianis scriptoribus de Dubhthacho Maccu Lughair. Cur enim locum secundum inter poetas tribuit Cairedh nisi quod Muirchu Dubhthach appellaverat «poetam optimum»? Quid etiam sibi vult illa Fiaci mentio in proximo carmine «de benedictione Patricii et Cairedh reverentia»? Accedit quod antiquissimi auctores nusquam memorare videntur Patricium Temoriensem ad regem in convivio sedentem accessisse post eum diem quo Dubhthach illi assurrexit, quae fuit dominica Paschae, 26 martii 433. Attamen in Libro Lageniensi, ubi de genealogia Conmhaiacne Cúile Tolad, haec traduntur de Cairedh filio Findchaem-i: *Is é ro slecht do Patric i Temraig*. Latine: Is est qui Patricio genu flexit Temoriae, *The Book of Leinster*, p. 332, col. 2. Neque

giam intravit, Cairedh filius Fionnchoemi, D Connacensium poeta (is tunc temporis locum secundum inter poetas (1) occupabat) gratia Sancti Spiritus motus est ut exsureret de sella quae sibi, pro sua inter poetas dignitate, erat seposita, quod dedecret sapientem virum et episcopum carere loco illo, unde populum sacris contionibus digne exhortaretur. Igitur ter assurrexit Cairedh iis qui cum Patricio erant, videlicet ex uno quoque angulo in alium (2), ita ut locus esset septem hominibus, solo Benigno excluso. Quod cum ille ferret indigne, Cairedh: «Sit,» ait, «tibi et filiis tuis nil nisi angulus dehinc in aeternum.» At Patricius: «Quicumque fuerit ille angulus quem elegeris, angulus erit decor, nobilitate, felicitate insignis.» — «Adeptus essem ab eo regnum Temoriae,» inquit Benignus, «si assurrexisses mihi.» — «Honorem accipies,» ait Patricius, «a me et a successoribus meis.» Benedixitque Patricius Cairedh quod reverentiam sibi exhibuerat. De qua benedictione Patricii et Cairedh reverentia recipiatur hoc carmen:

Vir de loco secessit (3)  
quando rex immitem se praebebat;  
hospieti, Dei gratia (4),  
ter surrexit Cairedh.  
Ad quem advenit fides et sapientia  
in regiam cum sancto  
Retrocessit poeta pulcher  
ita ut septem viri locum ibi invenirent.  
Benedixit ei Patricius,  
agros de caelo dedit ei (5):  
«Agros habeas cum fructu de mari (6),  
multi fidique (7) sint tui nepotes.

(bis); Benen prim. man., Beinén corr.; uait prim. man., uaid corr.; remhumsa prim. man., agamhsa corr.; oc fir m' ionuid co brat prim. man. ag fior m' ionuid corr. Omnia, ut patet, eadem fere sententia sed alia scribendi ratione. —<sup>5</sup> Donaraidh corr.; dà ttáraidh cretemh in marg. corr. —<sup>6</sup> sic cod.; an leg. do ratt do talamh is nimh? —<sup>7</sup> lionmhar gloss. lir manu corr.

F

praeterendum est (quod advertit J. B. BURY, *The Life of St. Patrick*, p. 305) haec omnia de poetis S. Patricio Temoriae assurgentibus, qui certe non et Midiae finibus originem trahebant, orta esse e confusione aliqua; antiquiora enim gesta hoc loco commixta sunt cum posterioribus, quae, si quid vidimus, tunc acciderunt cum Senchus Mór recognitum est. Quippe et Dubhthach et Cairedh, poeta uterque, expresse nominantur inter illos iurum recogniti in tractatu dicto Córús Bescna (haec pars est Senchus Mór) inter *Ancient Laws of Ireland*, t. III (Dublin and London, 1873), p. 28. Cuius tractatus de hac re testimonium et libenter recipit et inter antiquissima Patriciana documenta reputat v.d. Eoin MACNEILL, in *Studies*, t. XIII (1924), p. 160; idem etiam censet inde fluxisse quae de novem illis viris postea tradita sunt et alia eiusdem modi; cf. supra, p. 166, annot. 1. — (2) Hoc quid sibi velit non assequimur; sed gadelica verba latini reddidimus, ut potuimus. — (3) Carmen ceterum, ut videtur, ignotum. — (4) Intelligendum: «coram hospite Deo grato», an «coram hospite per Dei gratiam»? — (5) Forsitan intelligendum est «de gratia, de terra, de caelo»; vel, si recte concimus in gadelico legi posse *talamh is nimh*, vertendum est: «dedit ei caelum et terram». — (6) Agros nempe patentes ad aquas pisibus abundantes. — (7) Si cum codice legis il

Bat

A Bat Fiach *forbarta* fan mbith mbuan,  
ba súi leighinn litter lan.  
Bat bárcé<sup>8</sup> muine<sup>9</sup> do thir,  
do rath duine<sup>10</sup> 7 dal.  
  
Rop sciath *Criost* ettrat is uath<sup>11</sup> ;  
ar it fili fuata fath<sup>12</sup>.  
Rop cathair cloth Connacht do crich.  
Ar do treibh *bennacht* co brath.  
  
Dobera fer m' inuid inn  
onoir in ait<e> dot' cloind.  
Mo *bennacht* ort co brath mbinn,  
eter tir is chill is chaill.  
Se<uchais.>

**15.** Do roine Patraicc sith eter Benen 7 Cai-  
riudh<sup>1</sup>. Foraccaibh Benen i sídh<sup>2</sup> cech Con-  
macnech dara raghadh úr a reilge gomadh nimh-  
idh<sup>3</sup>, 7 gomadhl é bad breitemh bratha doibh  
fri laimh<sup>4</sup> Patraicc, *ucus* gomadh leo aircrus  
an bhallain ana. Foraccaibh *immorro* Patraicc  
hi sith dhósomh ó Chairiudh co mbadh dó no  
fhloighenadh an bhadh ergna dia síl, amhail ro  
comalladh sin .i. Lugaith mac Niatach 7 a  
cland 7 a ceneal 7 clann Erecain meic Anaili  
ag foghnámh do Dia *ucus* do Bhenén 7 do Pat-  
raicc tria bithiu sír; ar is é Benén 7 Patraicc  
ro baist cinel Niatach, 7 rosfuc fo iris *ucus* cret-  
imh, 7 rosbenach. *Ucus* dorat somh a mhán-  
chine do Benen *ucus* do Patraicc feraib macaibh  
mnaibh. *Ucus* ro edbair Lughait a dhun flaithe-  
iusa do Bhenen 7 do Patraicc, conidh ann  
sidh ata Cell Beneoin aniu, .i. dún Lughait meic  
Niatach.

<sup>8</sup> bárce corr. — <sup>9</sup> maoine gloss. muine manu  
corr. — <sup>10</sup> daíone gloss. duine manu corr. — <sup>11</sup> ua-  
thbais gloss. uath manu corr. — <sup>12</sup> fuaidhthe fath  
gloss. fuata fath manu corr.

C

vertendum est: multi et multi; quod sententiae  
minus aptum esse videtur. — (1) De hac Fiaci  
mentione pauca superius diximus, p. 180, annot.  
1. Incertum utrum hoc tetrastichon mutatus  
sit Gadelicus noster e carmine quadam de  
Dubhthach Macchu Lughair, an ipse putaverit  
S. Fiaci discipulum fuisse non quidem Dubh-  
thachi, sed Cairedh. Utrumque profecto nostro  
homine dignum est. — (2) Hic significari vide-  
tur contio seu consensus tribus, vel provinciae,  
vel totius Hiberniae. — (3) Canorum dixit illum  
diem ut versiculum suum ipse canorum faceret.  
Parum illi curae erat novissima illa tuba; verbum  
enim *bind* suavem potius sonum significat, mi-  
nime clangorem et strepitum. — (4) In hoc car-  
minum genere necesse erat ut postremum ver-  
bum idem esset atque primum; ideo iteratur ul-  
tima vox carminis, ut ostendat scriptor se legi-  
bus satis fecisse (exempla duo habes in cap. 17).  
Hoc autem loco post ultimum tetrastichon, quod in  
*chaill* desinit, iteravit quidem Gadelicus  
noster verbum *seuchais*, quod carminis primum  
est, quasi absolutum haberet opus; id tamen  
imperfectum reliquit. — (5) Fortasse vertendum  
est: «in foedere contulit». Colganus interpreta-  
tur: « Postquam ergo Caredus et Natus cum  
filii baptizati essent et varias ipsis benedictiones  
S. Patricius et S. Benignus impertirent » cet.,  
et difficultates parva illa declinatione effugit. —

Inclusus erit Fiac (1) in orbe terrarum,  
erit omni litterarum doctrina eruditus. VITA  
GADELICA

Uberes erunt fruges agrorum tuorum,  
hominibus comitiisque (2) faventibus.

Sit Christus scutum inter te et timorem;  
poeta enim es ad causas connectandas.

Sit tua regio civitas praeclera Connaciae.  
Benedictio super tribum tuam in ae-

[ternum.

Largietur ibi successor meus  
honorem loci filiis tuis.

Benedictio mea super te usque ad cano-  
[rum diem iudicii (3),  
super terram et ecclesiam et silvam.  
Secessit (4).

*benedicit  
Patricius.*

**15.** Inde postquam pacem inter Benignum et  
Cairedh Patricius conciliaverat, Benignus spon-  
sione contulit (5) haec beneficia in Connhaic-  
nenses: ut quisquis ex eorum numero humaretur  
obrutzus terra coemeterii Benigni caelorum esset  
incola (6); ut ipse Benignus una cum Patricio E  
iudex eorum foret in novissima illa die; ut iis  
committeretur vas felicitatis (7). Patricius vero  
Benigno largitus est, Cairedh verbis, ut Beni-  
gno servient ii qui ex Cairedh semine insignes  
prae ceteris eiusdem nepotibus orirentur. Quod  
verum evasit: Lughaidh enim filius Niatui cum  
liberis suis (8), et liberi Erechani filii Anailei (9)  
Deo et Benigno Patricioque serviunt in sempi-  
ternum, quippe a quibus baptizati fuerint liberi  
Niatui et fidem benedictionemque accepérint.  
Niatu se ipse dedit in ditionem Benigni et Patri-  
ci, una cum viris, iuvenibus, mulieribus. Lugh-  
aidh autem castellum suum principale obtulit  
Benigni et Patricio; ibi constituta est cella Be-  
nigni in oppido quod fuit Lughaidh filii Nia-  
tui (10).

*In eorum  
ditione  
ecclesia  
Benigno  
commissa.*

**15.** — <sup>1</sup> *verbis* Do roine - Cai-riudh *ita lineas*  
*obduxit* corr. *ut legi vix possent.* — <sup>2</sup> *inter sídh*  
*et cech add. corr. dá.* — <sup>3</sup> *gom ex com prim. man.*  
— <sup>4</sup> fri laimh fri laimh Patraicc cod.

F

(6) *Nimhidh*, « caelorum incola », idem, ut vide-  
tur, ac *nemidech* vel *nimidech*: hoc legitur in  
*Leabhar na h-Uidhri*, facsimile (Dublin, 1870),  
p. 116; cf. STOKES, *Lives of Saints from the*  
*Book of Lismore*, p. 304, § 3. De simili praemio  
aliis coemeterii concessu, PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. xcii; ID., *Bethada Náem nÉrenn*, t. I, p. 223, § 119. — (7) De vase felici-  
tatis agunt cap. 16-17. Intellege, uni e Conn-  
haicnensis commissum iri hereditarium offici-  
um custodiendi vasis illius; sic praecipuis  
quibusdam reliquiis custos erat deputatus, puta  
baculo Iesu, campanulae Patricii, baculo S. Co-  
lumbae, Canoni Patricii seu Libro Ardmachano,  
J. GWYNN, *Liber Ardmachanus*, p. cv-cvi. Hoc  
igitur munus reliquit Patricius Connhaicnensis  
inter alia, quae hoc loco explanantur, legata (ga-  
delice *factála*): cf. PLUMMER, *Vitae Sanctorum Hiberniae*, p. xcii, annot. 2, p. civ, annot. 6, p.  
clxxiv, et supra p. 177, annot. 3. — (8) Intellege  
cum universa tribu quae ex illo Lughaidh orta  
est, gadelic 7 a cland 7 a chenel. — (9) Idem  
adverte quod supra de tribu Lughaidh. Cete-  
rum utraque tribus videtur ignota esse, neque  
leguntur haec nomina in Libro Lageniensi, l. c.  
(cf. p. 177, annot. 5). — (10) Colganus ita sensum  
refert: « Lugadius filius Niatae contulit ipsis  
suam arcem cum praedio adiacente, ut ibi ecclie-  
siam extruerent. Ibi enim instruxerunt ecclie-

16.

VITA  
GADELICA

**16.** Cethracha laite do Patraicc isin inud sin, ica chosercad 7 aga bhennachadh *ocus* acc baitsiudh na ttuath 7 na cinel imbe ar cech leth; *ocus* ata inad puiple Patraicc 7 suidech ann bheos. Is edh tra atfiadat na senchusa, do righne Patraicc *ocus* Benen aiffrionn ar in *seachtmhadh* immaire o Bheind Garud co Cungae, 7 ro smactad termannt 7 neimhedi doibh o chach, amhail bidh aca no beith a eisérgiu; *ocus* is essein lubgort Patraicc i Connachtu. *Ocus* nocha dliugh ri no reachtaire ind Erind screapall cana, na air, na acru dih, *acht* Patraicc 7 a comhcarba. Is ruidles tra do Patraicc 7 do Benen ceneal Niatach, amhail atrubhramar, 7 cech Conmacnech archena.

*Ipsius Benigni iura in regionem Connachtie*

*et in Hiberniam septentrionalem*

*unde comparata.*

**17.** Is e Benen dano dliges primit lachta Connacht 7 Leithe Cuinn arcena (i. cétt laeg 7 cett úan cecha tige, 7 cétt gruth 7 cétt toradh imme cecha muinntire), ar is hé ro doirt an ballan ana for Connactaibh 7 fo<sup>1</sup> Leith Cuind arcena i. saili Patraicc fri re in Corgais i Cruachan Aigle i. an cetrachat lá 7 oidhce. *Ocus* ro erb Patraicc fri Benen in ballan in rō tinoiledh in saili in airtet sin do dortadh fo Leith Mogha. In tan immorro ro siacht Benen co Máenmagh, dorad a aigidh annsin ri Leith Cuinn 7 ri Connachtuibh seach cách, uair is a cConnactaibh fuair maincine mair 7 foirb, 7 rosdoirt an ballán ana fothibh iarttain i. fa Connachtuibh. Ar nírbó aicenta lais, in ní ro tinoiledh aca do breith uathaibh co ceneal aile. *Conidh aire* sin dliges primit lachta Leithe Cuinn 7 a tindscethu sech cech noebeh ind Erind, amhail adeir in laidh si sis :

17. — <sup>1</sup> prius for, sed littera r erasa.

C siam que olim ex Lugadu nomine *Dun Lugaidd*, id est *Dunum Lugadii*, dicebatur, et hodie *Kill Beinnein*, id est *Cella Benigni*, appellatur. » Cf. Comm. praev. num. 2, 63. — (1) Locus dictus *Pupul Pátric*, « tabernaculum Patricii », nusquam repertus est; et eorum quae nuncupantur *Suidhe Pátric*, « sedes Patricii », nullus in Connachtie est situs. HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 565, col. 1 et p. 619, col. 1. — (2) *Benn Garudh*, idem profecto quod « cacumen Garad », Lib. *Ardm.*, fol. 12 b 2; nunc Oran, parochia in baronia Ballymoe (County Roscommon) in finibus Connachtie Críche mac Ercae; vid. tabulam p. 177, annot. 5. Cunga, nunc anglice Cong (Barony Ross, County Mayo). Quid sibi velit illud de sacro toties oblatu, non perspicimus. Colganus vertit: « et ut antiquarii referunt ad septimum quenque sulcum totius illius tractus qui est inter Benn-Garadu et Cunga, S. Patricius et S. Benignus celebraverunt missam. » Cf. Vitam S. Patricii ap. STOKES, *Lives of Saints from the Book of Lismore*, p. 15, lin. 516-17: *Iss ed dorimet ind eolaig co nderna (Pátric) aifreann cacha sechtmad imaire doneoch imrulaí i Mumain*; anglice reddit Stokesius, p. 160: « The wise reckon that he celebrated mass on every ridge which he passed over in Munster. » — (3) Cf. Comm. praev. num. 66. — (4) Reddit Colganus: « Territorio autem ipsius consecrato tanta immunitas est concessa, quod ab omni tributo, regia exactione et publica contributio sit liberum et exemptum; et quasi hor-

tus vel horreum in Connacia habeatur. » In nostra interpretatione intellege regionis incolas imunes esse ad onere arandi agros cuiusquam, neque posse in iudicium vocari nisi coram Patricio et eius successore. — (5) Mediam Hiberniae partem quae ad septentrionem vergebatur; reliqua insula dicebatur medietas Mogh-i. — (6) Varia prodigia patrata per salivam celticorum sanctorum collegit PLUMMER, *Vita Sanctorum Hiberniae*, t. I, p. cxxxviii (de saliva hominis ieuniantis, annot. 5); Id., *Bethada Náem nÉrenn*, t. II, p. 349. — (7) Illius ieunii quadragesimalis antiquissimum auctorem habemus Tirechanum, quem ceteri scriptores sequuntur. Nusquam tamen nisi apud Gadelicum nostrum repperimus S. Benignum Patricii tunc fuisse socium; sed non ita procul a culmine montis strues est lapidum dicta altare Benigni, si fundendum est W. C. BORLASE, *The Age of the Saints* (Truro, 1893), p. 46; is auctore IOHANNONE O'DONOVAN in nescio quo opere (forsitan typisном mandato, cf. BORLASE, op. c., p. 76, annot. 1), refert peregrinos esse solitos septies illud altare Benigni circumire. Is ritus nondum extinctus esse videtur, etsi nomen altaris Benigni retinet qui tradidit *Order of the Croaghpatrick Station* ap. JOHN HEALY, *The Life and Writings of St. Patrick* (Dublin, 1905), p. 654. Mons Cruachan Aigle ille est qui nunc dicitur Croagh Patrick, anglice *the Reek* (Barony Murrisk, County Mayo). — (8) *Maenmagh* campus haud procul. a Loughrea (County Galway).

Dlighid.

A

Dlighid Benen fochraic lachta <sup>2</sup>  
 — gili gartu <sup>3</sup> —  
 baistiud macradh diri <sup>4</sup> abbad  
 — caini <sup>5</sup> smacha. —  
 Tailcenn coimsech, uad ro toimsed <sup>6</sup>  
 — gile ruine <sup>7</sup> —  
 o Leim Lara ad Druim Snama <sup>8</sup>  
 Gab <|>a Liune <sup>9</sup>.  
 O Drobháeis <co> lind Beind Gulbain  
 — cáine rota <sup>10</sup> —  
 co lind Luimnígh Murusc Eogain  
 — fedba, fótú. —  
 O sil Eoghain, clainne <sup>11</sup> . . .  
 fonnaib, finib,  
 logh a sgribind dirim dligidh,  
 dlighidh Beneon <sup>12</sup>.

&lt;Dlighidh.&gt;

Espoc Connacht ba he Benen  
 — curi ratha —  
 ba gem rothu <sup>13</sup> . . .  
 ba cenn Macha.  
 Cathach Cruaiche <sup>14</sup> tren ro dichuir  
 fine demhnú,  
 orguin in drúadh i mmúr tenedh  
 tighe Temhra.  
 Sechis Patraic i Sláth Cruaichi  
 — dichur digla, —  
 amail mac Nun seichis Moysi  
 i sláth <sup>15</sup> Syna <sup>16</sup>.

B

ius habet repetendi primitias lactis Medietatis VITA  
 Connii et omnium quae ibi aguntur exordia. Quod GADELICA  
 perhibet hoc carmen :

Vindicat sibi (1) Benignus primitias lactis. De Benigno  
 — Candor generosatis — carmina  
 Abbatum est pueros baptizare. duo.  
 — Splendor auctoritatis. —  
 Potens est Tailcheann (2), qui mensus est  
 — Albitudo mysterii —  
 E Léim Lara ad Druim Shnáma (3)  
 Gabhal Liuine (4).

E Draobhaois (5) ad lacum de Benn Gulbain (6),  
 — Pulchrae viae —  
 Ad lacum de Luimneach (7), Muireasc Eoghain  
 — Silvae, agri. — [(8)]  
 E semine Eoghani, gente . . . (9)  
 E terris eius et familiis,  
 Praemium eius rei scribendae, quod tantum est  
 [ut enumerari non possit,  
 Benignus sibi vindicat (10). E  
 Vindicat sibi.

Episcopus Connaciae fuit Benignus,  
 Exercitus gratiae (11),  
 Fuit gemma gratiae . . . (12)  
 Fuit caput (Ard)machae.

Bellator fortis de Cruach (13) qui fugavit  
 Tribum daemonum.  
 Excidium druidae in cella ignea  
 Palatii Temoriae.  
 Secutus est Patricium in montem Cruach  
 — Ultionis expulsio, — Cf. Exod.  
 Sicut filius Nun secutus est Moisen 24.  
 In montem Sinai.

<sup>2</sup> beneficium gloss. fochraic lachta manu corr. —  
<sup>3</sup> Dlighid Benen fochraic lachta fer ol ne (né corr.) compact gili gartu cod.; suppressimus f. o. n. c. quae verba neque metro conueniunt neque sententiae, quod quidem perspiciamus. Primum gloss. corr. gartu : gamoin, sed delebit gamoin et scriptit clu. — <sup>4</sup> dualgus no dileachta nas gloss. diri manu corr. — <sup>5</sup> cáini corr. — <sup>6</sup> toimhseid corr. — <sup>7</sup> rúine corr. — <sup>8</sup> Lára, Shnáma corr. — <sup>9</sup> Gabla liuine corr. — <sup>10</sup> róta corr.

C

<sup>11</sup> versus mutilus. — <sup>12</sup> Corr. expunxit dlighid Beneon et scriptit parvam d post dirim dligidh, ita ut legendum esset: O sil Eoghain clainne | fonnaib finib | logh a sgribind | dirim dligidh. | D<|lighid.> Suspiciamur verbum clainne, quod reliquo versu non est consonum, irrepsisse e glossemate scripto in exemplari super vocem sil. — <sup>13</sup> ratha gloss. rothu manu corr. — <sup>14</sup> Cruaiche F cod. — <sup>15</sup> sleibh cod. — <sup>16</sup> ante corr. Syn.

(1) Non advertit Gadelicus noster se duo carmina ceterum ignota pro uno descriptissime (cf. supra, p. 181, annot. 4). Rerum summam ita latine refert Colganus: « Unde universa Connacia a fluvio Drobhaois usque ad Muresc-Eogain, iuxta Luinechum, et a loco qui Lein-lara dicitur usque ad Druim-Snáma in regione Gabhal-liuine consecravit (S. Patricius) S. Benignus eiusdem successoribus, lacticiniorum, vitulorum, agnorum idque generis animantium mandans primitas personae quotannis, ut postea Connactensis tutelaris et episcopus sit habitus. » — (2) S. Patricius cognomen, qui gentium illarum terras mensus esse et descriptissime fertur. In hoc et sequenti tetraschico diffinit scriptor Connaciem. — (3) Locus Léim Lara dictus ubi esset non comprehemus; Druim Snáma, nunc Drumsna, in parochia Rossorry, baroniae Clanawley (County Fermanagh), Hogan, op. c., p. 369, col. 1. — (4) Gabhal Liuine, nunc Galloon parochia (Baronies Coole, Clankelly et KnocknInny, County Fermanagh). — (5) Flumen, nunc anglice scriptum Drowes. — (6) Benn Gulbain, nunc Binbulbin in parochia Drumcliff (Barony Carbury, County Sligo). Lacus forsitan hic intellegitur Drumcliff Bay. — (7) Lind Luimníg seu Loch Luimníg, ostia fluminis Shannon, Hogan, op. c., p. 491, col. 1 et p. 508, col. 1. —

(8) Muireasc Eoghain regio, nobis ceterum ignota, hinc videtur sita esse haud procul a Limerick. — (9) Versus mutilus. — (10) Hic in gadelico carmine iteratur vox dlighidh. Cf. p. 181, annot. 7. — (11) An intellegendum « heros gratiae » ? — (12) Forsitan initio scriptum erat rothne, pro ruthne, ruithne, quae sincera est forma gen. sing. vocis ruthen, ruithen; ut latine reddi posset « gemma radians ». Excidit huius versus pars posterior; quid autem haec fuerit, incertum. Concicere licet cum d. v. C. Plummer, mormhae Seisenein vel mormhae Sescnen, id est « magnus filius Seschniani ». Quae verba cum iis quea proxime antecedunt sono, metro, alliteratione apertissime consentiunt et forsitan exciderunt ex homoeoteleuto; occurunt enim iterum post quartum tetraschichon. — (13) Fama est S. Patricium, tempore ieunii illius in monte Cruach an Aigle (supra, p. 182, annot. 7) daemones ex Hibernia fugasse; cuius rei gestae honorem vindicat Gadelicus noster et Benigno, quippe qui Patricii in eo ieunio comes individualius fuerit. Et Colganus in sua paraphrasi prolixe de daemonibus fugatis, Trias Thaumaturga, p. 203-204. Adverte et in Anglia salivam hominis ieuni haber efficacem ad serpentes occidentes (quos ex Hibernia profugos egisse ferunt

Fersat

VITA  
GADELICA  
Cf. Matth.  
4, 2.  
Cf. 3 Reg.  
19, 8.

Fersat cethraea aine — ba soreid,  
ba firt calma —  
amail Iesu im mbeinn Choreb <sup>17</sup>  
is mac Amra.  
  
Fisidh Fóttla — ili ranna —  
ba cain <sup>18</sup> Eire <sup>19</sup>.  
Ba mind oighe, . . .  
ba dind <sup>20</sup> leire <sup>21</sup>.  
  
Mormhae Seiscnein, ba cuin <sup>22</sup>, tesmailt <sup>23</sup>,  
ba bind, rosglic, ba cing espoc.  
Epscop Connacht.

Ieiunium servarunt dies quadraginta — perfacile D.  
Erat strenuum miraculum, — [erat (1)  
Sicut Jesus in monte Horeb  
Et filius Amra.  
  
Sapiens Hiberniae — disticha multa (2) —  
Pulchra (3) erat Hibernia.  
Is erat diadema virginitatis, . . . (4)  
Erat arx diligentiae.  
  
Magnus filius Seiscneani, pulchri erant mores  
[eius (5),  
Erat canorus, acutus oculis (6), erat bellator  
[episcopus.  
Episcopus Connacae (7).

Psalte-  
rium  
Casselense  
a Benigno  
scriptum.

**18.** Roptar dimdaigh a braithre deisium  
fan mballan ana do dortadh fa leith Cuind, 7  
Patraice d' faradh a dhorthadh fo Leith Mogha.  
It iat roptar dimdaig deisiumh, Eoganach Caisil  
7 clana <sup>1</sup> Ailiolla Uluim *ucus* Leth Mogha  
arcena. Conidh do dhichur na diomdha sin ro  
bui dia braithribh i leith fris ro scriobh Benen  
Psaltair Caisil, 7 dorad sidhe rath righ Caisil 7  
an dlechtanus 7 in eis dilegait as cech tir. Ro  
scriobh inntre dano dilgedh 7 dlechanais righ  
nErend arcena. Dlighidh immorro Benen mor-  
chuairt Eoghanach ar an adhbar sin. Is e  
immorro dlechanus Beneon don morchuairt dligh-  
es comarba Patraice a hErind, amhail innis  
na senchusa, i. cuairt Connacht uile, *ucus* gach  
tres pinginn a hErind uile arcena, la taebh a  
dilis fadéin ara mhorsaethar dosomhsin ó Pha-  
traicc. Ar is tre Benén iar fir ro ghabhats fir  
hErend hiris creitimh, *uir* is edh atrubhrattar  
fir hErend ri Patraicc, na creittfis co creitt-  
edh an taird-ri ro bui forra i. Laegaire mac  
Neill; 7 ní ro creit sen co facaith <sup>2</sup> Benen do  
techt slan asin tigh tenedh. O ro creitt immorro  
in ri, ro creitsit fir Erend ina deaghaidh.

Benigni  
iura in  
tribum  
Eoghan-  
acha  
et in uni-  
versam  
Hiberniam.

C

<sup>17</sup> an leg. Choreib? — <sup>18</sup> an leg. cáin? — <sup>19</sup> Eiri cod.  
<sup>20</sup> mullach gloss. dind manu corr. — <sup>21</sup> creidimh no  
craigbhleachta gloss. leire manu corr. — <sup>22</sup> cuin cod.

S. Patricium), J. A. H. MURRAY, *A New English Dictionary*, t. IV, part. I (Oxford, 1901), p. 91, col. 3, i. v. Fasting. Atqui serpentino aspectu daemones fugatos a Patricio nonnulli credide-  
runt. — (1) Versus misere pessimum et una saitem syllaba longior. Forstata corrigendum: Fersat cethraea aine soreid, id est « Quadra-  
ginta dierum ieiunium servaverunt »; seu potius: Fersat aine cethraea aidche, id est « ie-  
iunium servaverunt quadraginta noctes. » —  
(2) Vel « divisiones multae »; duplex enim sen-  
tentia vocum hibernicarum, neque facile dicas  
utra magis conveniat. — (3) Pulchra, si legis  
*cain*; felix, si legis *cáin*. — (4) Excudit huius ver-  
sus pars altera; quae quid fuerit, non est opera-  
preium concire. — (5) Nisi forte *cuin* scriptum  
est pro *ciun*, *ciuin*, ut intellegendum sit « mites  
erant mores eius ». — (6) Nisi forte intellegen-  
dum est « sapiens dictis ». — (7) Vid. supra,  
p. 181, annot. 4. — (8) *Eoghanachta Caisil*, tribus  
et regio sita circum urbem Casselensem. Cf.  
Comm. praev. num. 14. — (9) De scriptis D.  
Benigni quae feruntur, Comm. praev. num. 72-  
76. — (10) Vid. supra cap. 6 et Comm. praev.

**18.** Indigne tulerunt fratres eius, vas felicitatis effusum esse in Medietatem Connii, quod Patricius voluerat effundi in Medietatem Moghi. Erant autem qui in Benignum indignati sunt Eoghanachta Casselenses (8) et posteri Aillilli Ólom et ceteri homines de Medietate Moghi. Itaque, ut mitigaret iram fratrum suorum in se, scripsit Benignus Psalterium Casselense (9) diffinivitque dona regibus danda et vectigalia et tributa quae iis e singulis agris debebantur. Discripsit insuper et tributa iuraque regum Hiberniae. Quam ob causam Benignus habet ius maioris visitationis in terra Eoghani. Benignus proprium est ius maioris visitationis quod sibi vindicat Patricii heres ex Hibernia, ut narrant rerum antiquarum scriptores, nimurum visita-  
tio Connacae universae et insuper tertius quisque denarius ex universa Hibernia, praeter ea quae Benignus ipsi debentur propter arduos labores quos Patricius ei commisit peragendos. Nullum quippe dubium est quin per Benignum homines Hiberniae fidem accepissent; etenim dixerant Patricio homines Hiberniae, numquam se ad fidem Christi venturos nisi prius credidisset rex qui ipsis imperabat. Is tum erat Laegaire filius Nialli; hic vero non credidit donec vidit Benignum et domo ignea salvum egredientem (10). Ex quo autem credidit rex, crediderunt homines Hiberniae post eum.

F

— <sup>23</sup> clú nō iomradh *gloss.* tesmailt manu corr.  
**18.** — <sup>1</sup> cland corr. — <sup>2</sup> nota in marg. prima  
man.

num. 41-44. Quae hic narrantur ita in sua paraphrasa explicat COLGANUS, *Trias Thaumaturga*, p. 205, col. 1: « Cognati S. Benigni, ut populus Eoghanachta Casselensis, Olildiana progenies et alii Momonienses, auditio praedictio eius facta non parum offensi et contra virum Dei indignati dicuntur. S. autem Benignus ut istam offensam aliquo grato dilueret obsequio, famosum illud chronicon quod Psalterium Casselense nun-  
cupatur, inchoavit et composuit, in quo non so-  
lum totius Hiberniae monacharum sed specialiter regum Momoniæ acta, iura, prærogativa et successio conscribuntur. Et hinc S. Benigno eiusque successoribus totam Momoniæ visitandi concessa est facultas. Et ex eis quae S. Patri-  
cii successoribus a toto regno debentur, S. Benigno eiusque successoribus tercia pars et insuper annua totius Connacae visitatio specialiter desigatur. Ratio insuper specialis qua proceres totius regni in tantam Benigni observantiam inclinati sunt dicunt esse quod populus et proceres fidem Christi a S. Patricio primo prædicau-  
tum recusaverint amplecti, donec prius viderent  
sum regem in Christum credentem » cet.

19.

A 19. Fect do Lucchaidh mac Laeghaire, i. do righ Erend, co rocht co hAchadh Farcha, co tarla dō imadall do tabairt ar Patraicc 7 ar a shámh-adh dar éis Patraicc. Co tainice Benen dia saigidh conicce an inud sin i. ard-espoc Erend Benen an tan sin 7 ard-comarba. Atrubhair Benen ri Lucchaidh ciadh ma tartais imadhall ar Phatraicc 7 ar in ecclais. Rosfreccair immorro Lucchaidh, 7 iss edh ro raidh : « Ind edh rop ail no ropa doigh latsa, a Beneoin, co tuccainn si duitsi cuttrama cadusa 7 donti ro búi romhat i. do Phatraicc. » Is edh ro raidh Benen frisiumh : « Ni fhil cumang ele accamsa, acht tocebat mo rusca suas dochum nimhe in *conair*<sup>1</sup> dochum mo tigerna. » Is annsin tarlaiced farcha teinntige dona nemhdaibh hi cend in righ, conidh i ro mark; conidh de ata Achadh Farcha. Ro moradhl aimh Benen 7 Patraicc don firt sin.

B 20. Tri bliadhna immorro 7 coice fichef rop hi aes Beneoin, amhail fogabhdh isna handalaibh. Ar is .u. mbliaadhna ropa slan dō an tan ruccad, go Patraicc i. iar thachtain Patraicc dar muir fó cettóir, 7 tri fichef bliadain do Patraicc is baistedh 7 ic forcal fer nErend. Se bliadhna decc do Sechnall i ecomarbas Patraicc, *occus* deich mbliaadhna do Shenchonan, ar is he rosghab innat Sechnall, *occus* .x. mbliaadhna aile do Benen hi comarbas Patraicc. Conidh tri bliadhna ar céit sin uile.

C 21. It iat innsin<sup>1</sup> immorro ní dia fhertaibh Beneoin conicce sin; 7 arайдhe isat uaité do ilibh, mine tisadh fein doridisi hi ccolainn, no mine tisadh aingel in Coimdedh dia fhaisneis i nderna Dia do fhertaibh *occus* do mhiorbalaibh for Beneon. Ba fer cumacht<ach> tra in fer so hi fertaibh 7 hi mhiorbalaibh. Ba haintech, ba hennac, ba eirnedech, ba hairbittech, ba failidh i tiomnaibh De, ba cobhsaidh, ba humhal, ba dilgadach, dercach; ba comrar coisrecta cuirp Crfost 7 a fhola a chridi 7 a menma; ba slanucchadl cechta tuathfe 7 cechta eacailsi cosa roiched Benen a briathra 7 a forcal. Nocha lamhduh demon beith for ioncaibh cech *conair* no teighedh. Ba diochur de cetaifde as cech airecht a aigid a faiscsin ara muine<sup>2</sup>. No icadh lucht gacha tedhma 7 gacha galair sodeithir na saullee huile ro bui ann. Uair ro ba sai ecena 7 crabhaidh, 7 ro ba súi berla 7 breithemhnasa. Ro ba sái senchusa 7 fessa. Rob uasal-epsop 7 ro ba mac oighi 7 rob ard-chomarba Patraicc fo hErend 7 fo Albain. O tainic tra gusna deighionchu do Benen,

19. Quodam tempore venit Lughaidh filius Laegaire, rex Hiberniae, in locum dictum Achadh Farcha (*agrum fulminis*) (1) visitavitque Patrium et congregationem eius post eum. Advenit obviam ei in eum locum Benignus qui tunc erat archiepiscopus Hiberniae et praecipuus heres <Patricii> (2), rogavitque regem cur Patrium et ecclesiam visitasset. Respondit Lughaidh : « Num vis, Benigne, aut exspectas me tibi eundem honorem exhibere quem decessori tuo Patricio exhibebam? » Dixit ei Benignus : « Nullam aliam potestatem habeo quam ut suspiciam in caelum ad Dominum meum. » Tunc lapsus e caelo fulmine igneo in caput regis, interfactus est. Unde nomen Achadh Farcha. Quo prodigio amplificata est jama Benigni et Patricii.

Benigni  
vita  
chronotaxis.

20. Vixit autem Benignus annos tres supra centum (3), ut ex Annalibus colligitur. Octavum enim annum agebat cum ductus est ad Patrium qui tunc primum ad litus appulerat. Patricius autem Hibernos baptizavit instituitque annos sexaginta. Deinde Seachnall heres fuit Patricii annos sedecim; tum Seachnana annos decem (is enim Seachnallum exceptit); postea Benignus heres fuit Patricii annos decem. Qui fiunt anni centum et tres.

21. Hactenus (4) igitur de prodigiis quae Benignus patravit, etsi pauca tantum retulimus et multis. Etenim si singula explicare velles, aut ipsum in carnem redire oportet, aut angelum Domini manifestare quae signa miraculaque fecerit Deus in gratiam Benigni; adeo in huiusmodi rebus virtus eius enituit. Sed et praeclarus exstitit continentia in victu, morum integritate, assiduitate orandi, reverentia; insigni gaudio in exsequiis Dei mandatis, constanti animo simul et summissio; pronus ad ignoscendum et largitate effusissimus. Fuit mens illius et animus sanctum quoddam sacellum Christi corporis et sanguinis. Salutem attulerunt Benigni verba et instituta populis ecclesiisque omnibus ad quos pervenit. Illius causa non audebat diabolus partes infestare quas ille visebat. Vel aspexisse vultum eius sat erat ad expellendam discordiam e quocunque coetu populi propter gratiam eius. Satis medebatur cuivis pesti et morbo virtutis eminentia quae illi inerat, quippe qui insignis esset doctrina, pietate, iuris eloquio et prudentia (5); neque historiarum eruditiose fuit ignarus,

19. — <sup>1</sup> *conair corr.*

21. — <sup>1</sup> *innsin add.*, *ead. man. ut videtur.* —

(1) Achadh Farcha in baronia Slane, County Meath, HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 6, col. 2, i.v. Achadh Archa; p. 8, col. 2, i. v. Achadh Farcha; p. 9, col. 1, i. v. Achadh Forcha. — (2) Cf. p. 170, annot. 3. Id vix fieri potuit nisi prodigio quodam chronologico; Lughaidhnum enim obiisse tradunt Annales alii alio anno, sed omnes sexto post Christum saeculo, multis annis post S. Benignum; cf. Comm. praev. num. 17-25. Ceterum eadem narratio de Lughaidh fulmine perempto legitur in *Tripartita*, STOKES, *The Tripartite Life*, t. I, p. 60; COLGAN, *Trias Thaumaturga*, p. 128, col. 1, et in plurimis aliis Patricianis scriptis; at semper traditur Lughaidh a S. Patricio ipso morte punitus, nusquam mentione facta Benigni nisi a Gadlico nostro. — (3) Cf. Comm. praev. num. 81. — (4) Totum hoc caput locis communibus fere constat. — (5) Iuris prudentium sermo a vulgari cotidianoque plurimum aberat. Haec quidem de S. Benigni legali scientia. Quae sequuntur de historicis eius scriptis videntur significare Psalterium Casselense; in hoc enim codice multa habebantur de Hiberniae antiquitatibus. Cf. Comm. praev. num. 14, 72.

VITA  
GADELICA  
Monasteria et eccl<sup>esi</sup>a  
a Benigno  
conditae.

iar fertaibh *ocus* miorbalaibh, iar nionnarbadh demon a hErind 7 iar nionnarbadh idhal 7 arracht ri laimh Patraicc, iar fotuccadh cell 7 ecclaise (i. recles dō hi ffarradh Arda Macha i. Magh-eter-da-glais, *ocus* ceall ele i mBrethaibh, 7 cell ele i nGlinn Chorp Raidhe i tuaiscert Luachra Dedhadh *ocus* a primh-cell hi Connacae Connacht i. i ndun Lugraith meic Niatach), o ro comhfoigsigh uair a -eitsechta, amhail atrubhramar, arroet corp *Criost* o Iarlaithé <sup>3</sup> mac Trena meic Feic meic Imchuda meic Bresail meic Sirchadha mic Fiatach Find (ar is e ro fer tota hEirend hi comarbus Patraicc dara eisium) *ocus* ro faidh a ainim dochum nimhe isin tres bliadhain ar .c. a áeisi. Atat a tásí hibus isna talmandoibh co nonoir 7 aimritin, co fertaibh 7 mirbhallaibh; ata immorro a ainim amhail grein isin cathraigh nemhda. Ocus cídh mor a onoir 7 a gloir colléic, bidh mó a gloir i lló bratha, an tan bias, immaile re a ticcerna i. nöeph Patraicc, ic breith breithe for toradh a procepta i. B for feraibh Erend. Biaidh immorro mac Seiscnein <sup>4</sup> i naentaidh muintire nimhe i. eter aingliu 7 archaingliu, i naentaidh hiruphin 7 saphin, i naentaidh apstal 7 despcul Íosu, i naentaidh meic Maire Oighi, is i nöentaidh as uaisle cech náentaidh, i naentaidh na náemh Trinoide uaisle, Athar 7 Meic 7 Spirait Naemh. Ailim trocaire Dé usail uile-chumachtaigh, tria ernaigthe 7 impidhe noemh Beneoin, ro isam ro airiltinigem, ro aittreibham i naentaidh sin huile in secula <sup>5</sup> seculorum. Amen. Finis.

<sup>3</sup> verbis o I. lineam subduxit corr. et scripsit in marg. Jérlathei genus. — <sup>4</sup> Seiscnein ex Seic-

## C

(1) I. e. incorupta virginitate.— (2) Magh eter da Ghlaibh (alias Magh etir de Ghlaibh), nunc Magheraglass, in parochia Kildress (Barony Upper Dungannon, County Tyrone). De quo monasterio breviter et eruditiss. W. REEVES, *The Life of St. Columba*, p. 154, annot. S. Benignum a Patricio praefectum esse scholae Ardmachanae tradit Douglas HYDE, *A Literary History of Ireland* (London, 1899), p. 134-35, ap. Hugh GRAHAM, *The Early Irish Monastic Schools* (Dublin, 1923), p. 26. Hi autem quos autores secuti sint, nescimus. Ceterum, locus dictus Tuach Bennain (id est Collis Benigni) situs, ut videtur, in Momonia, memoratur in Vita S. Fantini de Duleng in codice Salmanticensi, fol. 89 b, ap. COLGANUM, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 11, col. 2 et ap. DE SMEDT et DE BACKER, *Acta Sanctorum Hiberniae ex codice Salmantensi*, col. 229. Ad quem Benignum id nomen referri censendum sit, incertum. — (3) Hic subindicari videntur Glastoniensis figmenta, de quibus cf. Comm. praev. num. 83-86. — (4) Gleann Chor-

nobilis episcopus, filius virginitatis (1), praecipuus Patricii heres, tum in Hibernia, tum in Albania. Ubi autem accessit Benignus ad finem vitae suae, post signa et miracula patrata, post daemones ex Hibernia depulsos, post idola et simulacra deorum, Patricio invante, eversa; post monasteria et ecclesias conditas (hae sunt: cella eius de Magh eter da Ghlaibh, quae pertinet ad Ardmacham (2), et aliud monasterium in Britannia (3), et monasterium in Gleann Chorbraidhe in partibus septentrionalibus Luachair Deadhaidh (4), et praecipuum monasterium in Commaicne Connacae, in oppido Lughaidhi (5) filii Niatai), post haec, inquam, omnia cum supremis, uti diximus, dies appropinquaret, corpus Christi accepit ab Iarlaitheo (6) filio Triani, filii Fiaci, filii Iomchaidhi, filii Breasali, filii Siorchaidhi, filii Fiatui Fionn (*albi*) (nam is est Iarlaitheus qui totius Hiberniae populi summo consensu, heres Patricii factus est (7) post Benignum) animamque efflavit anno aetatis tertie supra centesimum. Adhuc inter homines eius reliquiae (8) servantur cum honore et reverentia, fulgentque miraculis et prodigiis; anima vero in caelesti civitate lucet sicut sol. Cuius quamvis magnus sit nunc honor et gloria, tamen et maior erit in die iudicii, dum iudicabit cum domino suo (id est cum sancto Patricio) fructus praedicationis sua, homines Hiberniae. Erit autem filius Seiscneani inter caelicos, inter angelos et archangelos, una cum cherubim et seraphim, cum apostolis et discipulis Iesu, cum filio Mariae virginis, una cum illa omnium nobilissima unitate, Trinitate sanctissima, Patre et Filio, et Spiritu Sancto. Imploro a misericordia summi Dei omnipotentis, precibus et intercessione sancti Benigni, ut nos quoque eo perveniamus et cum illis omnibus habitate mereamur in saecula saeculorum. Amen. Finis.

cnein corr. prim. man. — <sup>5</sup> scecula cod.

## F

praidhe i tuaiscert Luachra Deadhaidh, nunc Glin (Barony Shanid, County Limerick), HOGAN, *Onomasticon Goedelicum*, p. 441, col. 2, i.v. Glenn Corbraighe. — (5) Vid. pag. 178, annot. 8, et Comm. praev. num. 63-70. — (6) Hic alias est ab Iarlaitheo Tuamensi de quo cap. 12. Vid. Comm. praev. num. 79. Stemma hoc Iarlaithei cum plerisque genealogis consentit: *Genealogiae Regum et Sanctorum Hiberniae*, ed. P. WALSH, p. 83. De utroque Iarlaitheo COLGAN, *Acta Sanctorum Hiberniae*, p. 307-310; O'HANLON, *Lives of the Irish Saints*, t. II, pp. 481-84, 485; t. VI, p. 200-212. — (7) Consentunt in hoc nomine codices Catalogi successorum Patricii ap. H. J. LAWLER and R. I. BEST, *The Ancient List of the Coarbs of Patrick*, p. 319. Cf. Comm. praev. num. 77-79. Unus tamen codex subiecti partem priorum stemmatis S. Iarlaithei Tuamensis. De titulo *ard-chomharba*, vid. p. 170, annot. 3. — (8) Reliquiae S. Benigni ceterum sunt ignotae, neque tanti facienda est haec sententia Gadeli nostri, praesertim in loco communis.

A

D

## II. S. BENIGNI VITA LATINA

AUCTORE IOHANNE TINMUTHENSI

*E codice Musaei Britanici Cotton. Tiberius E. I (= 1), collato codice bibl. Bodleianae Tanner 15 (= 2) et Nova Legenda Anglie typis edita a Winando de Worde, fol. 36. Cf. Comm. praev. num. 8-9.*

**De sancto Benigno episcopo et confessore.**

*Benignus, suadente Patricio, prope Glastoniam considit.*  
**B**enignus enim Benignus, in regimine pontificali transactis feliciter in Hibernia annis multis, quadam nocte<sup>1</sup> soporatus per angelum admonetum patriam suam relinquebat et, voluntaria peregrinatione suscepta, deserti secretu petere. Mari igitur prospere transito, Glastoniam veniens sanctum Patricium invenit, qui ei dixit: « Proficisci, mi frater, baculo tuo contentus, et cum ad locum a Domino tibi<sup>2</sup> predestinatum ipso ducente perveneris, quocumque solo fixo baculo tuo ipsum virescere, florescere<sup>3</sup> et frondescere videris, ibi tibi habitandum et habitaculum preparatum noveris.» Qui comitate quadam puero nomine Pincio profectus, per nemorosa et paludosa loca gradientes, ad quadam insulam (1) nomine Ferramere<sup>4</sup> pervenerunt; et fixo ibi baculo, virescere frondes et flores producere cepit. Illis enim temporibus fluvius, quem nunc ibidem defluere cernimus, non tunc deflebat, sed diebus singulis penuriam aque nimiam vir Dei cum puero paciebatur. Et cum die quadam puer, aquamei humeris de longe baulans, in itinere dormiret, hostis malignus vasculum aufrenens abcessit. Evigilans puer et merens, protinus cum lachrymis in hanc vocem prorupit dicens: « Heus, » inquit, « tibi loquor, quicumque meum furatus es<sup>5</sup> vasculum; en te per Deum celi adiuro, quem meus magister beatus<sup>6</sup> Benignus adorat, in quem credit ac fideliter servit, ut illud michi festinanter restituas.» Nec mora, vas eius ultrius secum demon retinere nequivit, sed dictius restituit et cachinnando aufugit. Quod C audiens sanctus Benignus, prostrato in terram toto corpore, cum preces ad Deum devotas fuisseisset, angelus Domini, pennis fulgentibus alas habens flammeoque aspectu iradians, apparuit ei dicens: « Constansts esto, serve Dei; exaudite sunt orationes tue. Mitte puerum tuum Pincium ad orientalem cellam tuam plagam, ubi terram baculo tuo percutiens, fontem perhenrem abunde<sup>7</sup> manare videbit.» Perrexit ergo puer ad locum a viro Dei designatum et, cum terram baculo percussisset, fons ingens statim erupit, a quo usque nunc magnum et latum fluvium<sup>8</sup> crevisse videmus.

1. —<sup>1</sup> om. 2. —<sup>2</sup> l. t. a. D. 2. —<sup>3</sup> f. v. 2. —<sup>4</sup> Ferramen (?) 2. —<sup>5</sup> f. e. m. 2. —<sup>6</sup> (quem beatus) paene deleta 1. —<sup>7</sup> abundare 1. —<sup>8</sup> statim add. 2.  
 2. —<sup>1</sup> a. e. 2. —<sup>2</sup> (n. t.) om. 2. —<sup>3</sup> homo add.

(1) Hanc haud procul Glastonia esse sitam ex iis quae mox dicentur perspicuum est; cf. Comm. praev. num. 84, ubi de inventione reliquiarum et translatione Glastoniam. — (2) Inepte BARING-GOULD and FISHER, *Lives of the British*

2. Vir Dei Benignus (2) solus in obscuro noctis silentio ad ecclesiam sancte Marie in Glastonia orandi gratia ire solebat. Cumque nocte quadam per pontem quem fecerat transiret, vidit quendam demonem turpissimum, aspectu terribilem, obviam sibi venientem. Ad quem sanctus proprius accedens, hiis verbis eum alloquitur<sup>1</sup> dicens: « Quid, » inquit, « hic stas, cruenta bestia? Cui insidiaris? Cui hic expectando dampnum gestis inferre? » Cui demon ait: « Te hic expecto, edentule senex, te decipere cupio. » Ad quem sanctus: « Dominus, » inquit, « michi est adiutor; non timebo<sup>2</sup> quid faciat michi<sup>3</sup> vel<sup>4</sup> dicat malignus. » Et hec dicens, leva eum apprehendit manu et baculo, quem dextera gestabat, diutissime verberavit; et in quendam profundissimum puteum precipitavit; qui ultra non comparuit. Ex illo enim tempore usque in hodiernum diem nullus ad puteum illum ausus est accedere, quoniam fertur ibi fundum penitus non inveniri. Et<sup>5</sup> ad Glastoniam pergens sanctus, facta ibi oratione solita, ad cellam rediit. Ieiuniis et orationibus assiduis vacans, supremam<sup>6</sup> vite sue hominem cotidie suspectam habuit. Cum<sup>7</sup> igitur finem suum divinitus immovere cognovisset, vocatis discipulis suis, horam qua ab hoc seculo migraturus erat innotuit. Elevatis tandem in celum<sup>8</sup> oculis, inter manus eorum<sup>9</sup> felicem animam ad supernorum civium beatitudinem tertio nonas novembris emisit<sup>10</sup>.

3. Anno autem domini millesimo nonagesimo primo (3) elevatum est corpus eius sanctum de terra et ad Glastoniensem ecclesiam delatum. Illo vero die abbas, unum de ossibus sanctis arripiens et signum crucis super populum cum eo faciens, nonnullos diversis languoribus cruciatis<sup>1</sup> vexatos sanitate recepta letari fecit, et ceci quidam atque contracti optatam salutem consecuti sunt. Et plurimi cerei in manibus populi a vento et turbine prius extincti per meritam beati Benigni ipsa hora divinitus sunt accensi. Plurimi etiam colubros et diversa dolorum genera visceribus<sup>2</sup> habentes, palam vidente populo, evomuerunt. Tanta etenim curationis gratia in illo loco erat ostensa, ut vix debilis quisquam aut egrotus ad tumbam sancti veniens absque sanitate recepta discederet.

2. —<sup>4</sup> om. 2. —<sup>5</sup> sed 2. —<sup>6</sup> supremam 1. —<sup>7</sup> sum errore rubricatoris 2. —<sup>8</sup> (e. t. i. c.) paene deleta 1. —<sup>9</sup> illorum 2. —<sup>10</sup> (emisit) paene del. 1.  
 3. —<sup>1</sup> (l. c.) langoribus 2. —<sup>2</sup> sic codd.

Saints, t. I, p. 205, edisserere volunt ea quae hic narrantur et censem ludos S. Benigno exhibitos a quopiam nebulae cui res in perniciem versat. — (3) De tempore quo haec acta sunt, cf. supra, p. 169, annot. 10.

*Daemon vapulat.*

*Cf. Ps. 117, 6.*

*Benigni obitus.*

*Miracula in corporis translacione et postea patrata.*

*Monachi  
cuiusdam  
impi dicta  
plectuntur.*

4. Frater quidam longa infirmitate decoctus a fratribus rogatur<sup>1</sup> ut sanctum Benignum pro salute sua exoraret; qui ita respondit: « Re enim<sup>2</sup> vera, sicut michi prodesse non valet, ita nec michi nocere<sup>3</sup> potest. » Cumque sopori membra dedisset, apparuit ei sanctus Benignus, candidis vestibus ornatus, qui quasi indignans sic eum affatur: « Quid nunc tibi, » ait, « de Benigno servo Dei videatur, frater? Quid tibi de duabus credi<sup>4</sup> potissimum sit, an cum<sup>5</sup> sanctis in regno gaudet, vel cum impiis in penis torquetur? » Et cum ille<sup>6</sup> responderet non auderet, communando hoc intulit sanctus: « Cum secreta Dei iudicia humane fragilitatis ingenio comprehendendi nequeant, cur michi derogasti? Quare me blasphemare voluisti? Ecce enim graviorem quam

hactenus passus es infirmitatem et molestiam D invitus sustinebis, eo quod verbis inanibus michi irridendo detraxisti. Ceteri quoque quos me in<sup>7</sup> derisum habuisse cognosco, illum<sup>8</sup> maxime qui dentem meum furto abstulit, nisi penitentiam agendo resipuerint, penis cum impiis amaris se torqueri cognoscant. » Hiis dictis, alapam ingentem in faciem eius dedit. Et mox expergefactus a sompno, quem ante despexerat tunc timere et venerari cepit; diris tamen correptus febris per totum annum liberari nequivit. Quod cum per ordinem abbas et fratres audissent, dens a fratre receptus in locum suum restitutus, et laudes et gratie ab omnibus Deo et sancto eius referuntur (1).

*Dens  
Benigni  
surreptus  
restituitur.*

2. —<sup>1</sup> rogatur corr., prius rogat (?) 1. —<sup>2</sup> et  
enim 2. —<sup>3</sup> non add. 2. —<sup>4</sup> crede edit. —<sup>5</sup> om.  
—<sup>6</sup> ita edit.; illi 1, 2. —<sup>7</sup> om. edit. —<sup>8</sup> sic  
codd.

B (1) Unus codex Tiberius E.I refert orationem S. Benigni, in margine inferiore, prima manu: « Omnipotens sempiterne Deus, qui mirabiliter fulges in electis tuis, quos te habitatore glorificare voluisti, concede nobis quasemus, beati Benigni ita depositionem venerari ut eius suffra <gan-

tibus meritis templum tuum mereamur fieri>, » E Mutilum apographon nobis supplevit v. cl. T. R. Gambier Parry ex *The Sarum Missal*, ed. J. Wickham LEGG, operam conferente eodem T. R. Gambier Parry (Oxford, 1916), p. 318, in festo S. Bertini abbatis.

## DE S. PAPPO POST PRITEN CONFESSORE IN CAMBRIA

SAEC. VI

*Memoria  
S. Pappo  
quo die  
indicta.*

1. S. Pappo rex et confessor, cognomine Post Priten (1), id est latine column, firmamentum, praesidium Pretaniae (2), memoratur V id. nov. tum in calendario Cambrensi, quod se descriptissime dicit Eduardus Williams, alias bardico nomine Iolo Morganwg, e codice manu scripto circiter annum 1500 (3); tum in calendaris quae praefixa sunt nonnullis fastis cymrice impressis saec. C XVIII; tandem in Llyfr Plygain, qui bis editus est an. 1618 et 1633, et in opere Allwyd neu Agoriad Paradwys i'r Cymry, quod in usum catholicorum cymrice scientium typis mandatum est Leodii an. 1670 (4).

2. E qua stirpe fuerit ostendunt antique genealogiae cymricae, quae si ad normam criticam editae fuissent (5), forsitan ad ipsa initia saeculi V nos satis tuto perducerent. Et re quidem vera de sanctis illis quorum Acta periire, si umquam scripta fuerunt, stemma plerunque nobis servatum est, quod haud scio an tota illorum historia sit. Nobis conandum est ut in tam opaca silva aliquid perspiciamus.

Primo igitur in cod. Musei Brittanici Harleiano 3859, de quo iam diximus (6), traditur fuisse Pappo map Ceneu map Coyl Hen (7). In hac eodem fonte atavi S. Pappo nominatum recensentur usque

*Eius  
prosapia,*

(1) Nomen et cognomen ita scriptum invenimus in cod. Harl. 3859, exarato, si auctoribus nostris fides tribuenda est, circiter an. 1100. Hunc edidit post W. F. Skene vir cymrice scientissimus J. LOTH, *Les Mabinogion*, ed. 2, t. II (Paris, 1913), p. 326-48. At recentiore aetate vix umquam scribitur nomen nisi *Pabo*; cognomen autem alii aliter exhibent: *Prydain*, *Prydein*, *Prydyn*, *Bryd*, etc. Antiquorem modum servare maluimus. — (2) Pretaniam dicimus, pro verbo *Priten*, ad similitudinem graeci nominis τῶν Πρετανικῶν νήσων. Cf. D'ARBOIS DE JUBAINVILLE, *L'Ile Prétanique*, in *Revue Celtique*, t. XIII (1892), p. 398-403; cui assenserunt vv. cl. ALFRED HOLDER, *Alt-celtischer Sprachschatz*, t. I (Leipzig, 1893), col. 552, et nuper J. LOTH in *Revue Celtique*, t. XXVI (1915-16), p. 123. Nostrum non est proprios fines regionis indicare cui praesidium fuisse Pappo rex; adeo incertum est, et qua aetate hoc cognomen nomini Pappo adiectum sit, et quo tempore verbum cymricum Priten usurpari coepit sit non iam de universa Britannica insula, sed de illius tantum parte

boreali. Ceterum praeter Pappo regem, alii etiam fuerunt cognomine *Post Priten* insigniti. Adisis BARING-GOULD and FISHER, *The Lives of the British Saints*, t. I, p. 38, annot. 3, qui locos duos afferunt e poetis antiquis. Huic etiam similimum est cognomen illud *Post Cad Ynys Prydein*, i.e. column, firmamentum, praesidium insulae Pretanicae, quod legitur inter Triades insulæ Pretanicas in Libro Rubro de HERGEST. J. LOTH, *Les Mabinogion*, t. c., p. 258 (ipsam editionem hic Bruxellis non habemus) et in *The Myvyrian Archaiology of Wales*, ed. altera, p. 407, col. 2, num. 71. At verba *Post Cenedl* (*ibid.*, p. 400, col. 1 et 2, num. 4) interpretanda esse videtur potius « fons et origo generis seu gentis ». Haec ut ostendamus S. Pappo cognomen, quod in carminibus non est insolitum, sonitu potius quam sensu valere. — (3) EDW. WILLIAMS, *Iolo Manuscripts*, p. 152. — (4) BARING-GOULD and FISHER, t. c., pp. 67, 68-69, 73; t. IV, p. 39. — (5) Quod opus qui perfecerit indicesque plenos confercerit, is de cymrica hagiologia meritus erit optime. — (6) Vid. supra annot. 1. — (7) J. LOTH,

ad